SYL. ¶ Adde, ꝙ non tpe belli. ll. seruati non debeāt, sed ꝙ eo tpe minus seruentur, sumpta denominatione ab eo, qd̓ plerunque fit. l nam ad ea ff.de legi]

g ¶ Et Princeps scilicet Imperator.

** ¶ Hic intelligitur de Imp. vel per excellentiam, vel propter adiectionem illius dictionis, romanus. nā alioqui principis appellatio latius patet, vt not. glo. in clem.j.de baptis.

h ¶ In hostilibus. Qui sunt hostes, dicit ff.de capti.& postli.re.l. hostes. & ff. de verb.signi l.hostes.

i ¶ Per legitimos tramites. i. leges quæ sunt via gradiēdi, sicut tramites eundi, ſm Ioannē. Bene dico calumniātes puniri: per leges nam in crimi nibus, siue ordinarijs, † siue extraordinarijs, ad similitudinem supplicij punitur calumniator, vt C. de accu.l.si.& ff ad tur.l.& in priuatis. vbi dicitur, Et in priuatis, & in extraordinarijs criminibus omnes calumniosi pro qualitate admissi plectuntur. Item in ciuilibus, modo pecuniaria pœna. modo sacramento calumniæ, modo nota infamiæ, vt infra de pœ.te.liti.per totum, & infra de actio.§.si quis agēs.& C.de plus peti.l.vnica.& C.de iudi. properādum. §. & si quidē. vbi punitur contumax in expensis. Vel dic: ꝙ septem genera pœnarum vocat legitimos tramites, vt ff. de pen.l.si quis forte.in fine. cū duabus sequē. Vel dic, ꝙ magistratus vocat tramites per quos iura redduntur: nā parū valeret iura esse in ciuitate, nisi essent qui ea executioni mandarent, vt ff. de orig iur.l.ij.§.post originē. qui puniūt in criminalibus, puniūt & in ciuilibus in expēsis, & in viatico, vt ff. de iudi. eū quē.quę vltima verior est. Accursius.

armis decoratam,[a] sed ēt legibus oportet.[b] esse armatā:[c] vt vtrunq; tēpus & bellorū,[d] & pacis,[e] recte possit gubernari:[f] & princeps[g] Romanus nō solū in hostilib⁹[h] ꝓlijs victor existat, sed ēt ꝑ legitimos † tramites[i] calumniātiū[k]

Calūnia torū punitio.

† Extraordinaria, crimina & priuataq sint not. gl j i d. l. Et in priuatis.

† Legum tramité noiat idé Iusti. l. i. in princ. C. de ve. & iustū tramité in l. consensu C. de repud.

Magistratus tunc tramites ltim.

¶ Adde tramites hic vocari modos, quibus.ll. vtuntur: & ꝙ iudex criminalis cognoscit incidenter de causa ciuili, dū modo sit accessoria, etiam in eadē sententia.l.interdum. §. qui furem ? & ibi doct.ff.de fur. SYL.

K ¶ Calumniantium. Calumniator est qui falsa crimina sciēter intēdit, vt ff. ad turpi.l.j.in prin.& facit ad hoc. ff.de ijs qui no.infa.l.athletas.§.calūniator. quis autem sit præuaricator & tergiuersator, dicitur in prædictis legibus. SYL.

¶ Adde calumniantem hic accipi pro quocunq; aliquid contra ius faciente, ca-

calumniatoremq; aliàs puniri in ordinarijs similitudine supplicij, in extraordinarijs pro motu iudicis, vt per doct. in d. §. calũniator. & in l. j. §. j. ff. ad turpil. quod plenius explicauimus hic in nostris Annotationibus.

† Sic i l. j. C. d. vete. iu enu. i prin.

a ¶ Religiosissimus. Nota quem fieri religiosum per leges: nam ipsæ sunt sacræ, vt C. de leg. & cõsti. l. leges.

SYL. * ¶ Religiosus, vt ait Cic. lib. ij. de natu. deo. dicit, qui diligẽter ac fideliter tractat, quæ ad cultum deorum pertinent: & quia iustitia olim pro Dea colebatur, factum est vt eius obseruatores religiosi iuris recte appellentur, quemadmodum in nostris Annotationibus ostensum est: vñ & sacratissimũ tẽplũ Iustitiæ dixit idẽ Iustin. in l. j. §. cũq; C. de vete. iu. enu.] Item nota hic quatuor proportionabilia. s. arma, vsus armorũ victoria, triũph⁹. itẽ leges, vsus legũ, calumniæ repulsio, iuris religio.

ADDITIO. Nã sicut se habẽt arma & vsus armorũ ad victoriam, sic victoria ad triumphũ: & sicut leges & vsus legũ ad calumniæ expulsionẽ, sic calumniæ expulsio ad religionem. Ioan. fab.

¶ Quorum. ¶ Diuiditur in duas partes. Primo dicit, quod Impe. perfecte se habuit circa arma & circa leges. Secundo hic suum dictum probat ab effectu. Secunda ibi. Et bellicos. item secunda subdiuidit. Nam primo exemplificat qualiter se habuit circa arma: secundo circa iura. secunda ibi, Oẽs vero populi. Ang.

SYL. ¶ Quorum. Casus. ¶ Cum hic tantum tractetur; qualiter quod maxime principem decet fuerit in Iusti. non exigitur alia casus figuratio: pendet enim hic §. à generali propositione supra facta. No. quod licet seipsum laudare: & quod quando quis ad aliquid faciendum tenetur, debet illud omni opera & diligentia adimplere. Item quòd ea quæ facimus, à Deo sunt omnia: & quod differunt promulgare, & componere. Item quòd confusa debent distingui. Item quòd iugũ ponitur pro iurisdictione & potestate.

iniquitates expellat: † & fiat tam iuris religiosissimus, a quàm victis hostibus triumphator magnificus.

¶ Vtrunq; assecutus est Iusti. quod testant populi ab eo deuicti, & ll. latæ, pręsertim C. & ff. h. d.

¶ Quorũ vtranq; b viã cũ summis c vigilijs, summaq; prouidẽtia, d annuente e Deo perfecimus. Et bellicos f quidẽ sudores nr̃os Barbaricæ g gentes sub

Itẽ quod innumerũ dicit quod est multiplex licet numerari possit: & quod dictio iterũ, importat secundam vicem.]

Pro ea sui. b ¶ Quorum vtrãq;. Si ista debent esse in principe, tu Iustiniane quid fecisti? Respõ. quorũ vtrãq;.

Vigilãd bus iura subueniunt. e ¶ Cum summis vigilijs, idest cũ summo labore quo ad leges: nam ius ciuile vigilantibus, & non dormientibus, scriptum est, vt ff. quæ in fraudem credito, pupillus. in fi. Accursius.

d ¶ Prouidentia. scilicet quo ad arma. & nota tres esse hominis status memoria præteritorum, scientia pręsentium, & prudentia futurorum.

SYL. ¶ Dic per vigilias intelligi labores corporis: per prouidentiam, prudẽs animi consilium. Nam prouidentia, vt diffinit Cice. de Inuent. est per quam futurum aliquid videtur, antequàm eueniat. facit l. j. ff. de legi. tut. in prin.

e ¶ Annuente Deo. Deo gratias refert, cuius auxilio triumphum meruit obtinere, vt C. de offi. præfe. præt. afri. l. j. in princi.

f ¶ Et bellicos. Quod coniunctim dixerat dicendo, Vtranque viam &c. nunc diuidit, dicendo primo qualiter se habuit circa arma. Accur.

Barbari. g ¶ Barbaricæ. Barbari sunt qui extra Romanum Imperium sunt, & maxime hostes.

SYL. ¶ Adde, quod barbari ponuntur hic pro indomitis & incultis. alias enim barbari dicuntur qui nec Latini, nec Græci sunt, à linguæ duritie à qua barbari dicuntur antiquo vocabulo, qui duro atque aspero sermone erant.]

a ¶ Deductæ de nouo.

** ¶ Quod ait, Sub iuga nostra deductę, dictum videtur ex priscorum more, cũ victos, inermes ac discinctos transire cogebant sub iugum, quod ficbat duabus hastis in terra defixis, tertiaque superligata, vt Festus memorię prodidit.

iuga nostra † deductæ [a] cognoscunt: & tam Africa, [b] quã aliæ † innumerę prouinciæ, [c] post tanta temporum spatia, nostris victoriis a cœlesti numine præstitis, iterum ditioni Romanæ, nostroq; additæ imperio, † protestant. Omnes [d] vero populi legibus tam à nobis pmulgatis, [e] quàm compositis [f] reguntur. Et cũ sacratissimas constitutiones antea confusas [g] in luculentã ereximus cõsonantiã, [h] tunc [i] nostrã extendimus curã [k] ad imméſa [l] veteris

† aliis relatæ.

† alias numerosæ,

b ¶ Tam Africa. Sub qua multæ puinciæ cõtinent.

** ¶ Victoriã de Africa partam, & quæ prouinciæ in ea continentur, copiose explicat Iusti. in l. j. C. de offic. præf. præt. Afri.

† i. testantur, vt accipit ... c. cũ q de dolo & cõt. in vj.

c ¶ Prouinciæ. Sic cõstrue, Tam Africa, q̃ aliæ innumerabiles prouinciæ iterũ additæ, i. adiunctæ ditioni Ro. i. iurisdictioni, nostroq; imperio post tanta &c.

† Id est p testimonio sũt, cũ sic de... torum,

† protestantur. nostris victoriis à cœlesti numine præstitis, nã istæ prouinciæ prius fuerunt de Ro. imperio, post defierunt & post centum & quinq; annos redierunt, vt hic: & hoc innuit quando dicit, iterum.

SYL.

¶ Adde, q aliquando significat prima vice. c. tua nobis. de appel. quãdoq; bis vt hic: aliquando pluries. l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden.] Et quãdo dicit, Et post multa temporum spatia &c. vt C. de officio præfec. præto. afri. l. j.]

d ¶ Omnes vero. vsque huc dixit qualiter bellicam curam habuit: nunc qualiter legalem. Accursius.

Promulgare & cõponere qd sint.

e ¶ Promulgatis. Scilicet à nobis: & dic de nouo. Et est promulgare, æquitatem rudem & naturalem occultam iuris laqueis innodare. Componere autem est difficile promulgata in ordinem compendiose redigere. † Vel dic, q promulgare legem est eam condere, & conditam recitare, proferre, pronunciare, patefacere, prodere, vel manifestare. Sed componere proprie est disponere & cõstituere, & quasi simul ponere, vt patet in glo. sequen.

† Verba sequẽtia non sunt Accursij.

f ¶ Compositis. Scilicet ab aliis, quas reformauimus in melius. Vel dic compositis à nobis: quasi diceret compilatis à nobis: quasi simul positis à nobis: quales sunt leges. ff. & C. & aliorum Imperatorum: suas enim & promulgauit & composuit.

SYL.

* ¶ Dic q promulgatas intellexit à se latas, compositas vero collectas atq; in ordinem digestas: quæ differentia non est perpetua; cum componere, vt hic diximus in Annota. non minus proprie significet inuenire & primo facere, quàm ab aliis inuenta aut facta colligere. l. ij. §. deinde ex his legibus. ff. de orig. iu. Promulgari vero lex proprie dicitur, cum primum in vulgus editur, quasi prouulgari, vt Festus ait.

g ¶ Confusas scilicet in tribus Codicibus positas, Gregoriano, Theodosiano, & Hermogeniano, vt C. de no. co. fac. l. j in princ.

h ¶ Consonantiam, scilicet in vnũ Codicem, quem non habemus, sed ex eo factus est iste quem habemus, vt C. de vete. iur. enu. cir. princi. & l. j. de emend. cod. Iusti.

SYL.

¶ Adde q hic factus est post institutiones, ille. f. quem nunc habemus. l. meminimus. C. de leg. hære. ponit Ias. in §. rursus col. xiiij. de actio]

i ¶ Tunc. i. statim post compositionem illius codicis fecimus Digesta.

K ¶ Curã. Vt nulla contrarietas posset repetiri, nullaq; superflua, aut similitudo, vt C. de no. co. com. §. quibus.

l ¶ Ad immensa. Nam erant tricies centena millia versuum. i. legum vel §. vel responso. & duo millia librorũ, & aliæ multæ

prudentiæ volumina, & opus desperatũ, quasi p mediũ profundũ [a] euntes, cœlesti fauore [b] iã adimpleuimus. [c]

¶ Peracta. C. & ff. compilatione mandauit Institutiones componi, vt principia huius scientiæ auspicarentur à ll. Imperatoriis: qđ ante nõ nisi p quadrienniũ licebat. h. d vsq; ad §. igitur.

¶ Cũq; hoc [e] Deo propitio [f] peractũ [g] est, Triboniano [h] viro magnifico, ma

---

multæ leges, vt C de vet. iur. enu. l. ij. §. omnia & in procemio. ff. §. & antea.

** ¶ Veterem auté prudentiam appellat ius vetus, quod ab vrbe Roma condita, & à Romuli tempore ad sæculum vsq; Iust. ferme per mille quadringétos annos confusissime sparsum erat: qđ postmodum idem iustin. in tit. de vet. iu. e iuc mandauit enuclea ri. i. exponi & in certum librorũ ordiné redigi.

a ¶ Desperatum scilicet à Constantino. nam Constantinus voluit hoc facere, sed non potuit. †

† cogitauit & inlius Cæs. de iure ciuili in ordiné redigéde, auctore sueto.

b ¶ Profundum. Reperit enim omnium legum tramitem, qui ab vrbe Romana condita & Romuleis descendit temporibus, ita esse cõfusum, vt in infinitum extenderetur, & nullius humanæ naturæ capacitate concluderetur, vt C. de vet. iu. enu. l. j. in prin. Accur.

c ¶ Cœlesti fauore. Subaudi mediante.

d ¶ Adimpleuimus. Post Digesta ergo & post primam compositionem Codicis, quem non habemus, factus fuit hic liber: tñ ante compositioné secundi Codicis, qué habemus: vnde quod hic dr, qñq; per Codicé corrigitur, vt facit de anno vtili qui obtinet fm hunc librũ, & in restitutione minorũ & maiorum, vt. j. de act. §. rursus secus est per Codicé in dictis restitutionibus, vt C. de temp. in integrum restitutionis. l. fi. Item in secunda eius cõpositione facit mentioné Institutionum iam compositarum, vt C. de emen. Iusti. Cod & secunda eius editione. l. j. §. supradictis.

Instõnes factæ sũt añ codicé

** ¶ Adde, q cum Iustin. cõcordasse primum suum C. cum Digestis & Institutionibus fateatur, quisquis velit asserere, in Cod. qué hodie habemus, subesse correctionem Digestorum, aut Institutionum, oportet, vt id ab vna ex quinquaginta constitutionibus secũdo Codici insertis, & post primum promulgatis, esse factũ ostendat: cuius rei scientia ex eo haberi potest, si ad finé scriptum sit, datas Lampadio & Oreste Coss. vel post Lãpadij & Orestis consulatũ semel aut iterũ, vel tertio aut q̃rto Iustiniani & Paulini cõsulatum, vt recẽtissime Alciatus nr̃ docuit in Parer.

ADDITIO. De hoc ét casu in l. meminim[us]. in prin. C. de leg. hær. vbi tex. facit mentioné de hoc libro facit. l. j. C. de ve. iu. enu. quod not. quia si aduersarentur adinuicé, debes magis stare legi. C. tanq̃ vltimæ quá huic libro: nisi in illis legibus de quib[us] hic heret mentio. Ang.

¶ Cumq; ¶ Diuidit in duas partes Primo ponitur qualiter mãdauit fieri hũc librum. secundo ponit causas propter quas. secunda ibi, Vt liceat. Ange.

¶ Cumq; Casus. ¶ Pro casu hic animaduertas quare Iusti. declarat cur, quare, & p quos fecerit hunc librũ cõdi: & illius vtilitaté ostendit p modos expressos in tex. Nota igit summã. Item q quis pluribus officiis cõpatibilibus fungi põt: & quod tria requirunt ad impléda miũ [?]cta. scientia, diligentia, & fides. Ité nota significatũ verbi, antecessor. Ité q scientia, diligentia, & fides, experientia comprobant, & q ex vnico actu non dignoscuntur. Item q Institutiones sunt principia ll. & q introducendum est quod cõferat animæ & corpori: & q hæc scientia habet principiũ & finé §. & quod pe ne. in procemio. ff. Item q condere. ll. à principe delegari & demãdari alteri potest, dummodo id specialiter fiat.] SYL.

e ¶ Hoc. s. volumen Digest. & Codicis.

f ¶ Deo propitio. i. Deo coadiuuante.

g ¶ Peractum est, idest completum.

h ¶ Triboniano. hoc nomen & sequen-

† alias quæstori. al. exquæstore.

tia sunt datiui casus, & etiam dictio conuocatis: & construuntur cum illo verbo inferius, mandauimus.

a ¶ Exquæstori. Pro suo simplici ponitur scilicet quæstori. Nota quòd tribus modis dicit quæstor. Primo, ille, qui quærebat pecunias tributorũ p mundum & seruabat. Secũdo, ille, qui præerat capitalibus causis. Tertio, qui stabat vt legeret libros principales, qui candidatus principis dicebatur: & ita hoc tertio modo accipio hic, vt ff. de offi. quæstoris. l. j. in fi. & de orig. iu. l. ij. §. deinde cum ærarium. Vel dic secundum Ioan. quòd iam fuit in illo officio, sed nunc non est: inde exquæstor, idest extra quæsturam positus. Vel dicas tertio, esse nomen dignitatis vt exconsul, vt C. de aduoc. diuer. iu. l. petitio nem. ibi, egredientem.

Quæstor dr̃ tripliciter.

† Et hic 3 iure diuersis nominibus nuncupatur: susceptor & opinator vt C. de suscep. et Archi. l. nisi opinatores. lib. 10.

SYL. * ¶ Quæ nam fuerit Triboniani quæstura seu exquæstura (vtroque enim nomine idem puto significari) & quantæ esset potestatis, id quod nemo fere adhuc bene declarauit, vide hic nostras Annotationes. vbi demonstratum est hanc sacri palatij quæsturam summũ fuisse magistratum & principatui proximum † Eiusmodi quæstor apud græcos appellatur κοιαίστωρ auctore Procopio libro primo de bello Persico. Eratq; fere eiusdem potestatis, cuius est hodie apud Gallos Cancellarius: & inter alia munera constat eum principis responsa & rescripta dictasse l. vlti. C. de diuer. rescri. Iustinianus in auth. de exhib. reis appellat gloriosissimum quæstorem diuinis nostris ministrantem literis. in authen. vt diuinæ iussiones. colum. viij. iubet; vt diuinæ iussiones à quæstore subscribantur. in l. præcipimus. C. de appella. quæstor dicitur sacrorum iudiciorum præses. nam cum præfecto prætorio iudicabat de appella tionibus, quæ ab omnibus spectabilib9 iudicibus in sacrum auditorium principis deferebantur, vt etiam colligitur ex authen. de appella. palatium autem dicebatur locus habitationi Principis dicatus. l. j. C. de pala. l. quicunque. de ope. pub.

gistro, & Exquæstori [a] sacri palatii nostri, necnon [b] Theophilo, & Dorotheo, viris illustribus, [c] antecessorib9 [d] nostris (quorum [e] omnium solertiam, & legum scientiam, & circa

b ¶ Necnon. Nota duę negatiões faciũt vnã affirmationẽ, vt hic & ff. de verb. signifi. l. duobus. ¶ Adde quòd Aleia. ibi optime declarat: & ex mente Ange. hic dic glo. veram, nisi de mente contraria constet: vel nisi simus in rusticos, secundum Bald. in l. qui se patris. co lum. iij C. vnde lib. vel nisi ad diuersa referantur, secundum Bar. in l. manifestæ. ff. de iureiur.

† Alia II tera non hẽt nisi.

SYL.

e ¶ Illustribus. Quatuor sunt ordines dignitatum: maximi, vt superillustres: magni; vt illustres: medij, vt spectabiles: minimi, vt clarissimi: quos specifica, vt in authen. de appella. §. j. ij. iij. & iiij. coll. iiij. & in authen. vt ab illustri. & qui supra eos sunt col l. v. Sunt & infimi, vt defensores ciuitatũ, & magistratus municipales & isti non habent merum imperium, sed superiores sic.

Imperiũ merũ certis digni tatib9 est cõcessũ.

ADDITIO. Et ideo potestates & rectores ciuitatum non deberent posse ingerere pœnam sanguinis: quamuis contrarium de facto obseruetur, vt hic per Ang. sed superiores sic.

Antecessoribus. Scientia, vel ætate: vel quia fuerant cum præcedentibus Imperatoribus.

SYL. d ¶ Verius est antecessores dictos fuisse, qui ius ciuile profiterentur, ex eo quòd scholasticis quodam modo præirent illos docendo, vt manifeste deprehenditur ex proœmio. ff. in princip. versicu. Sed cum vos.

e Quorum, Hic est interpositio vsque illuc, Conuocatis &c. Et nota. quòd in tribus hic cõmendantur qui sunt huic arti intenti. Primo in solertia, idest in cautela, vel ingenij scientia, vt l. j. C. si ma. fac. alie. fac. sine decre. ra. hab. Item, in legũ scientia. Eligendus est enim

talis

Magister qualis esse det. talis magister, qui in se laudabilem vitam probis moribus monstrauerit: & docendi peritiam, facondiam dicendi, interpretandiq; subtilitatem, & copiam disserendi se habere patefecerit, vt C. de profes. qui in vr. con. doc. l j. libro x j. Item in fidelitate: nam ex quo hactenus fideles extiterunt, præsumunt pro eis. ff. de re mili. nõ omnes. §. à barbaris. de præteritis enim Præsumptio a variis sumitur. sumimus coniecturã ad futura. ff. de accusa. l si cul. §. eisdem. & quandoq; occultam coniecturam sumimus ad præteritum, vt C. ad l. Iul. de adul. l. si quis adulterij.

ADDITIO. Vide glo. in c. scribam. de præsump.

nostras iussiones fidem, iam ex multis rerum argumentis [a] accepimus [b]) conuocatis mandauimus [c] specialiter; vt ipsi nostra auctoritate, nostrisq; suasionibus [d] Institutiones [e] cõponerent: vt liceat vobis [f] prima legum cunabula [g] non ab antiquis fabulis [h] discere, sed ab imperiali splendore appetere: & tam aures q̃ animi vestri, nihil [k] inutile, nihilq; perperã [l] positum, sed quod in ipsis [m] rerũ obtinet argumentis, accipiant: & qđ priore tpe vix post quadrienniũ prioribus cõtingebat, vt tunc cõstitutiones impe

Prouerbium. a ¶ Ex multis rerum argumentis, idest ex multis rebus vel negocijs, quæ sunt argumenta. Vnde dicit prouerbium. Opus laudat magistrum. sic in authen. de mona §. sancimus. coll a j.

b ¶ Accepimus, idest recepimus.

c Mandauimus, idest præcepimus.

d ¶ Suasionibus. In bona parte accipe. aliàs in mala accipitur. ff. de ser. cor. l j. §. persuadere. & C. de fur. & ser. cor. l. si quis persuaserit.

e ¶ Institutiones. Ideo sic dictas, quia in statum Romani iuris nostram erigunt intelligentiam, vt infra titul. j. §. his igitur.

SYL. ¶ Adde q̃ ab instituendo dictæ sunt, sicut & opus Quintiliani. Oratoriæ institutiones appellãtur. quid aũt differant instituta ab institutionibus. vide Lau. Val. lib. elegan. iiij. cap. xj.

f ¶ Vobis. Loquitur iuuenibus.

g ¶ Cunabula. Per simile loquitur: q̃a sicut in cuna infantes primo morãtur, ita iuris acceptor institiuta primo legere debet. sic. ff. de offi. præ. prætor l. j. §. his cunabulis.

Sic. j. de libert. §. libertinorum. ibi, à primis vrbis Romæ cunabulis.

h ¶ Fabulis. Quia in antiq̃s Institutiõibus erãt fabulæ, q̃ fabulæ nec vera nec verisimilia cõtinẽt ẜm Tul liũ. li. j. đ Inuẽ.

SYL. * ¶ Per fabulas videtur intellexisse prima illa exercitamenta iuuenũ in scientia legali, cũ p̃ceptores rhetorum more ipsis casus p̃ponerẽt fabulosos, vt ita illecti deinde ad difficiliora deducerent. Aut certe sensit de adulterina illa doctrina quæ antea tradebat. §. Hæ autem. in proœ. ff.

i ¶ Ab imperiali splendore, idest ab Imperatore qui splendet.

ADDITIO. Vel dic, Ab imperiali splẽdore, idest ab imperialibus constitutionibus, quæ splendere dicuntur.

K ¶ Nihil inutile, Quo ad aĩam: vel nihil inutile, i. inusitatũ. vt patet ex eo, qđ dicit. j. proxime, Sed quod &c.

l ¶ Perperam positum. quo ad aures. Vel dic. i male positum & contra ius.

m ¶ Theophilus vertit ἰσχῦ hoc est, temere frustra: vt sit sensus, nihil esse est, hisce Institutionibus ociosum, & sine causa positum.

m ¶ In ipsis. Idest in ipsa rei veritate, vel in his, quæ quotidie emergere possunt. Non autem inueniuntur hic ea, quæ non possunt euenire: quia de his non curant legislatores, vt in authent. vt sine prohib. matres debi & cred. §. quia uero. coll. vij. & ff. de legib. l. iura. & l. nam ad ea.

* ¶ Melius est accipere argumentã, vt

& Quintil. sępe, pro speciebus seu casibus qui proponuntur, vt sit sensus, his libris illa solum tradi quæ in decidendis casibus obseruantur, non quæ abrogata sunt legibus, aut consuetudine abolita: quod latius hoc loco in Annotationib⁹ explanauimus.

† Adde, qđ eadē locutione vtit̃ Imp. j. tit. de satisda §. vlt. & planius sensus hui⁹ §. pcipitur ex. §. sed cū pspeximus. l. ij. C de vet. iu. enu

ratorias legerent [a], hoc vos à primordio [b] ingrediamini, digni [c] tanto honore, tantaq; reperti felicitate, vt & initium [d] vobis, & finis [e] legū eruditiōis, à voce principali [f] procedat.

Post cōpleta. ff.

¶

a ¶ Legerent. Nam & olim à principio legebāt imperiales cōstitutiones, s. institutiones antiquas, vt in prooemio ff. §. discipuli.

** ¶ Hic locus intelligēdus est nō de institutionibus antiquis, vt intellexit Accur. sed de constitutionib⁹ primo Codici insertis, quæ quinto anno olim prælegebantur. §. duabus in proœ. ff.

b ¶ Primordio. idest tantum primo anno proficietis, quantum proficiebatis in quatuor. Et nota quod adulatur nobis imperator.. S Y L.

* ¶ Inepta expositio. Sensus enim est, hodie primo anno hasce Institutiones tradi, quæ & ipsæ, propterea quòd ab Imperatore compositæ sunt, recte Imperatoriæ cōstitutiones appellantur. §. sed & quod. infra de iu. na. gen. & ciui. cū olim nō nisi post quadriēniū prim⁹ Codex, q liber constōnes imperiales cōtinebat, prælegeret. § duabus. in proœ. ff.

c ¶ Digni. Vos dico digni &c.

d ¶ Initium Scilicet liber iste.

e ¶ Finis. idest Codex. Nam primo anno Institutiones legi debent, in quinto legitur Codex, vt in prooemio. ff. §. duab⁹. ibi, Quibus si bene. Accur. floren.

f ¶ Principali. Idest principis. Et nota, quòd hęc scientia caput habet & finē: licet in aliis artibus hoc nō sit, licet utilissimæ sint, ut in prooemio. ff. § Et q pene.

¶ Igitur. Diuiditur in duas partes: in prima ponitur commissio compilationis, cum iis, quæ in Institutionibus continentur. in secunda, vnde sint extractę, & quòd auctoritate imperiali confirmatæ sunt. ij. ibi, quas.

iussit cōponi Institutiones, in quibus principia huius sciētię sunt posita cum correctionibus iuris antiq, qbus auctoritas p ipsū data fuit. h. d. vsq; ad § fi.

¶ Casus in narratiōe Imperatoris nō figurat. Not. q facere dicimur quod p alium facim⁹ Item quòd p desuetudinē tollitur vł inumbratur. l. Itē quod non sufficit principem committere. l compilationem, nisi postea approbet. Item quòd quotidiana diligenter sunt attendenda: & quòd breuiter dicitur, secundum subiectam materiā. l. antiquitas. in fi. C. de usufru. Item quod nō sufficit simpliciter legere, sed requiritur cognitio & examinatio. Itē quod accommodare importat idem, quod tribuere: & obtinere, esse in uiridi robore & obseruantia. S Y L.

¶ Igitur [g] post libros quinquaginta [h] Digestorū seu Pan

g ¶ Igitur. Ita continua secundū Ioan. quia prædictorum uirorum scientiam & auctoritatem probauimus, nec per alios poterant commodius expediri: igitur mandat per eos diuidi: uel quia ab imperiali splendore † approbatur, & ideo mādat diuidi, ut meli⁹ possint intelligi. ff. de ṽ borū significa. l. ij. §. cuiusq;. Cōtinuatio. † alias appetit.

¶ Adde tamen, quòd §. continuatio nō est facienda. glo. in l. Gallus in princ. in uerbo, posthumos ff. de lib & posthu.]

h ¶ Quinquaginta. qui comprehenduntur in ff. uetus, & Infortiatū, & ff. nouū. S Y L.

i ¶ Digestorum. Ideo dicuntur Digesta, quia omnia ibidem decidēda digeruntur & soluuntur. Accur.

† Hoc optime declaratur ab eodē Imp. in l. ij. § omnia igit, C. de vet. iu. enucl. Digesta vñ dicũ.

* ¶ Quare libri Digestorū hac nota. ff. significentur, & an recte, uide Alcia. lib. iij. Dispunct. c. xvj. S Y L.

Pandectarum, a pan quod est totum, & decten quod est doctrina, quia ibi est doctrina omnium iurisconsultorum, vt C. de ve. iu. enuc. l. ij. §. omnia.

SYL. Adde, quod aliter interpretatur Gellius lib. xij. c. vlt.* ad quod vide Budęum in l. j. in fi. ff. de iusti. & iu. nam hoc nomen deriuat† à πᾶν i. omne, & δέχομαι idest complector, cótineo, vt innuit etiã Impe. in. d §. omnia.

Pandectarum,[a] in quibus omne ius antiquum collectum est, † quos[b] per eundem virum excelsum Tribonianũ, necnon & cæteros[c] viros illustres & facundissimos conscim⁹, in † hos quatuor libros easdẽ[d] Institutiones perscribi iussimus,[e] vt sint totius legitimę scientiæ prima elementa:[f] in quibus[g] breuiter expositũ est, & quod antea obtinebat,[h] & quod postea desuetudine[i] inumbratum, ab imperiali remedio illuminatũ est: quas[k] ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipue ex commentariis Caij[l] nostri

†alias qd

†alias de est hos.

b Quos. Scilicet quinquaginta libros. ff. Accur.

c Et cęteros. Scilicet xv. ex permissu Iustiniani electos, vt C. de ve. iure enuc. l. j. §. ij. & l. ij. §. quæ oĩa.

d Easdem Institutiones. idest eadem instituta.

SYL. Adde, quòd hanc expositionem reprehendit Lau. Val. lib. iiij c. xj. * ait enim instituta dici bonos mores consilio, & ratione sumptos: institutiones vero præceptiones, quibus instituimur & docemur. recte igitur institutiones iuris ciuilis appellantur hi quatuor libri, quibus ius ciuile docetur: sicuti Fab. quoque Quint. opus suum de artis oratoriæ præceptis inscripsit de institutione oratoria.] Vnde collige hunc librum sumptum ex volumine Digestorum: vel propriè dicit Institutiones, quas mandauit fieri, nunc mandat partiri: nam partitio animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificiose reformat, vt infra de leg. §. sed non vsu e. & ff. de excep. doli. l. j.

Diuisio tria opa

e Iussimus. q. d. Institutiones iussim⁹ fieri ex libris antiquorum, ita vt continerent quicquid in rebus, quæ in præsenti æuo versantur, consentaneum est vt C. de ve. iu. enu. l. ij. §. sed cum perspeximus. Accur.

f Prima elementa. Quia sicut ex quatuor elementis omnia corpora conficiũtur, scilicet vt ex terra & aqua, ex igne & aere, idest ex viribus horum quatuor elemẽtorum totus mũdus gubernat, ita hic liber cõprehẽdit omnia iura.

Elemẽta & eorum qualitates sunt quatuor.

SYL. Adde quòd melius dicere tur oĩa principia & fundamenta. l. ij. §. sed cũ perspeximus. C. de vet. iu. enucle. simili tamen locutione vsus est ét Cice. in Topi. vt admonuimus hoc loco in Annot.] Et nota q terra est frigida: & sicca: aqua frigida & humida: ignis calidus & siccus: aer calidus & humidus. Primum habet naturam melancholiæ: secundũ scilicet aqua phlegmæ: ignis cholerae: sanguis respondet aeri.

g In quibus, scilicet institutionibus.

h Obtinebat, idest erat in vsu; & nunc desiit. Accur.

i Desuetudine. Nota legem tolli per desuetudinem.

SYL. Adde, quòd communis doct. sententia est, quòd si non vsus non habet in se actum contrarium, non tollat. l. las. in l. de quibus. in. vj. not. ff. de legi.] Vel per contrariam consuetudinem: & iterum eandem consuetudinem, per superuenientem legem tolli · sic. ff. de sepul. vio. l. iij. §. diu⁹. & in auth. de hær. & fal. § sed quoniam. coll. j. & subiicit, Ab imperiali &c. & est optimum exemplum. C. de iudi. l. rem non nouam..

k Quas, scilicet Institutiones: & accipe l' legimus & recognouimus. i. esse compositas ex omnibus &c.

l Caij nostri cõmentariis. dico factis

super libros Institutionũ antiquarum.

a Quotidianarum. Liber erat sic appellatus, eo q̃ singulis diebus gerenda à magistratibus continebat, qualiter iudicarent.

SYL. Adde, vel dic rerũ magis vulgatarũ, & quæ quotidie in controuersiam venire poterant.]

b Cum tres. īterpositio ē.

SYL. Summa itaque. Cum hic § vnicum tantũ habeat cõtextum, non recipit diuisionem: & cũ sit simplex cohortatio, non exigit casus figurationem. Nota ll. nostras dici ex hoc, quòd eis à nobis sit tributa auctoritas: & quòd in quolibet opere pficiendo requiritur summa diligentia. Item quòd ambitio virtuti innixa non damnatur, & sp.s & desiderium honorum & dignitatum. Item quód nihil actum videtur, quando aliquid superest agẽdum. Item quod à ll. studijs discedere non debemus nisi perfecta omnis iuris cognitione. Item quòd reipub. administratio per iuris peritos facienda est.

tam institutionũ, quàm rerum quotidianarũ, [a] aliisq; multis commentariis compositas, cũ tres [b] viri prudentes prædicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognouimus, & plenissimũ nostrarum constitutionũ robur eis accômodauimus.

¶ Hortatur iuuenes ad studia, vt ijs pfectis possint rẽp. administrare. h. d. vsque ad fin.

c Ope. Quantum ad corpus. vnde Virgi. lib. j. geor. Labor oĩa vincit Improb⁹ Accursius.

d Et alacri. Affectio enim operi tuo nomen imponit, vt C. ad l. cor. de sic. l. j. ff. de fur. l. qui iniuriæ. in prin.

e Leges nostras. Scilicet Institutionũ. Accursius.

f Ostendite, idest ita proficite in hoc libro: vel ita moribus informati sitis: nã boni mores plus quàm diuitiæ operantur, vt ff. de tuto. & cura. da. ab ijs. l. sc re. § fi. & ff. de verb. obli. si quis stipulatus sit stichum, in fi.

* Nihil hæc ad mores: sed plane intelligendus est hic locus. ostendite o iuuenes vos ita doctos & legum scientia excultos, vt optimã spem concipiatis, rempublicam nostram studio perfecto recte à vobis posse administrari ac gubernari. SYL.

¶ Summa itaque ope, [c] & alacri [d] studio, has leges [e] nostras accipite, & vosmetipsos sic eruditos ostendite, [f] vt spes [g] vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto, [h] posse etiã nostram [i] rempublicam in partibus eius [k] vobis [l] credendis [m] gubernari. † D. C. P. xj. Calend. Decemb. D. Iustinia. PP. iij. Consu.

g Vt spes, i. hæc spes sit de vobis nostram rempu bli. posse gubernari.

h Perfecto. idest lectis alijs libris.

i Nostram. aliàs vestrá.

K Eius reipublicæ

† Hoc est Datũ Constantinopoli. xj. calẽ Decẽbris D. Iustiniano patre pfiæ tertiũ Consule.

l Vobis. Idest à vobis credendis, lectis etiam alijs libris. Vel si habes credendam, idest committendam, vobis datiue legitur: & hoc dico legitimo opere perfecto, idest cum quinquennio legeritis: nam tunc opus consummatur, vt in procemio. ff. §. duabus alijs. Et quod dicit in partibus eius, ideo est, quia multæ sunt partes eius, vt præfectura, consulatus, & aliæ multæ, vt patet ex tractatibus de officijs, in ff. & in C.

m Credendis, idest quia creditur secundum primam expositionem. vel si habes credendam, dic vt in gloss. supra Accursius.

* Vtro modo legatur, siue credendis siue credendam, vna est verbi credere significatio: accipitur enim pro committere: quo genere loquendi vtitur etiam in l. ij. §. Nos itaq;. C. de vet. iu. enu. SYL.

¶ † Institutionum seu elementorum D. Iustiniani sacratissimi principis.

LIBER PRIMVS.

¶ De iustitia[a] & iure. ¶[b] Iustinianus veluti optimus preceptor imitatus est rectũ ordinem procedendi, qui debet esse diffinitiuus, diuisiuus, & exemplorũ positiuus: & primo ponit diffinitionem iustitiæ & iuris prudẽtiæ. ex l. iustitia. ff. eo. titu.

Iustitia[c] est † constans & perpetua volũtas, ius suum

Iustitia est mater iu.

a De iustitia & iure rubrica.

¶ Iustinianus tractaturus iura populi Romani præmittit de iustitia, quæ est mater iuris.

SYL. ¶ Adde φ Ias. hic intelligit de iustitia ĩ actu.] Et ideo ab ea incipit: sic obligatio mater ẽ actionis, vt ff. de procu. licet §. ea obli. & ideo p̃mittitur ĩ tractatu, vt j. de obli. in princ. & de ac. in princ.

† alias Institutionũ Imperialium. lib. j.

SYL. ¶ Adde, φ iõ præposuit, qa iuri operã daturum prius nosse oportet, vnde nomen iuris descendat, quod à iustitia dicitur. l. j. ff. eo. titu.

b ¶ Et iure. s. quod ius iustitiam prosequitur vt minister vel filius.

SYL. ¶ Adde, φ potius vt effectus iustitiæ & vt administratũ, quia si iustitia est voluntas tribuẽs ius, ius non est minister iustitiæ, sed ipsa iustitia est illa, quæ ius administrat.] Sed quare de hoc ponitur in rubrica, cũ in textu nihil dicat diffiniendo, licet diuidẽdo sic? R̃ndent qdã, ideo non posuit in textu de iure, ne grauaret rudes animos ſm Py. qd nihil est. Vel dic hoc plerunq; fieri, vt aliquid ponat in rubrica, quod in textu nõ ponit, vt C. de relig. & sump. fu. & de lu. aleæ, nam nihil in textu ibi dr̃ de ludo aleæ.

Quæstio.

Rubr. qñ que ẽ generalior, nigro.

SYL. ¶ Adde φ tunc fuerũt addita illa verba in rubrica, qñ fuit addita illa constitutio græca: antiquiores enim codices non habẽt.] Vel dic (quod est verius) vt diffiniatur, vt dicemus infra eo. titu. §. iuris præcepta. in gl.

SYL. Diuisio. Iustitia. ¶ Diuidit titulus in sex partes. In prima diffinitur iustitia: in secunda iuris prudentia. In tertia ostendit qualr̃ ad iuris cognitionẽ sit p̃cedendũ. In quarta ponit præcepta iuris. In quinta diuidit inter publicũ & priuatũ. In sexta p̃ponit dicendũ de priuato. Casus figurari nõ p̃ot cũ ponat diffinitionẽ. rõ autem dubitãdi & decidẽdi inde colligit, φ dixit Cice. j. offic. φ omnis de aliqua re disputatio debet à diffinitione p̃ficisci, vt sciat̃ id, de quo disputat̃. Nota diffinitionẽ iustitiæ. Item ibi, vnicuiq;, φ non est habẽda acceptio p̃sonarũ. Itẽ ibi, cõstans, φ iudex non debet moueri passionibus. Itẽ ibi, tribuẽs, φ vera iustitia consistit in administratione, nõ in cognitione, Itẽ φ iuris prudẽtia versat̃ etiã in cognitione rerũ diuinarũ, & φ est cognitio iusti & iniusti. Itẽ φ enumeratio contrariorum non est superflua, nisi super vtroque detur doctrina.

† cõcor. cum hoc prin. xij. q. ij. c. cũ deuotissima. & gl. i c. forus ver. iustitia extra d ver. si.

c ¶ Iustitia. Hæc iustitiæ diffinitio p̃ot intelligi de diuina iustitia. q. d. Diuina iustitia est voluntas constans & perpetua &c. & ſm hoc hæc verba in ea posita sunt plana. Sed nõne iniustum fuit, φ tñ datũ fuit mercenario sero veniẽti, quantũ illi, qui mane venerat (qđ tñ Dei iustitia laudat) vt ff. de annu. leg. l. ij. & de verb sig. l. ij. §. cuiusque? Respon. illud diuinũ mysticẽ dr̃. q. d. tm̃ habebit de paradiso ille, qui decedit in hoc vltimo seculo, si faciat bonũ, quantum & ille, qui decessit in primo seculo. Dub. Respon.

ADDITIO. Et hoc ideo est, quia ecclesia nunquã claudit gremiũ redeuntib⁹, vt in ep̃la, Inter claras. C. de sum. trin. c. super eo. extra de hære. lib. vj. Angel. & Iaso.

ADDITIO. Immo non fuit iniustum; quia pater fa. tanq̃ moderator rei suæ potuit in ea talem legem statuere, vt C. man. l. in re mandata. ſm Iason.

†vnicuiq; tribuēs* Iuris prudentia est diuinarum atque humanarū rerum notitia,[b] iusti atq; iniusti scientia.

¶ Primo leuia, deide difficiliora sūt docenda: ne scholares aut studium deserant, aut cum magno labore ad sciētiam diffidenter aut tardius perducantur. h. d. Aretin.

SYL. ¶ Adde q̄ illud iustū fuit, quia sic fuerat conuentū. l. j. §. si cōueniat. ff. depoli. dixit eīn. Amice non facio tibi iniuriam, nonne ex denario cōuenisti mecum?]

¶ Vel dic fm Ioan. q̄ de fragili hominis iustitia loquitur. q. d. iustitia hūana, uel quę est in homine, est uoluntas cōstās &c & secūdū hoc illa duo verba, cōstans & perpetua, abijciunt̄ extra: qa homini nō pōt conuenire, cū scriptū sit, q̄ septies in die cadit iustus. & ideo nūquām in eodem statu permanet, vt in authē. de non ali. aut permu. §. ut autem.

†al. cuique tribuendi.

SYL. ¶ Adde, q̄ intelligit̄ quatenus homini cōuenire pōt l. si quis nēditor. ff. de ædil. edic.]Itē quod in n. dicit, ius suum unicuiq; tribuēs intellige quantū ad affectionē, quia ad actū non pōt q. d. habēs affectum tribuendi, sicut s. in rubrica procemij dr̄ de augusto: sic & de matrimonio, qd̄ est indiuiduū, ut. j.. de pa. po. in prin. licet interdū diuidat̄, ut patet C. de repu. l. cōsensu. Vel tertio expone, vt in summa huius tituli, vt voluntas. i. mens: constans. i. bona, quasi habit᷒ mētis bonus. Sed Tullius sic diffinit, Iustitia est habitus animi, communi vtilitate seruata, suam cuilibet tribuens dignitatē, fm Pla. Iustitia est virtus, quę plurimum potest in ijs, quæ minimū possunt. Vel, prout ego credo, Iustitia est animi congrua dispositio in singulis rebus recte diiudicans.

Iustitia diffō. secundum Tul.

Iustitia diffō secundum Pla.

ADDITIO. Dicite q̄ hic iustitia diffinitur generalr̄. ad argumenta vero breui distinctione facile sic respondebitis. Aliquādo cōsideratur iustitia prout est in abstracto, tunc iustitia est constans & ppetua. Aliqn̄ consideratur prout est in cōcreto, ut est posita in corpore hoīum administrantium, & tunc dr̄ corruptibilis nō ratione essentialitatis iustitiæ, sed ratione mali contenti, hoc est praui hominis. Exemplum posset poni in rustico, qui posuit vinum optimū in prauo vase & destructum est. Christoph.

SYL. ¶ Adde q̄ fuit opi Albe. in l. iustitia. ff. eo q̄ hic diffiniretur iustitia in abstracto, secus in concreto: pro pleniore ūi & uera huius diffinitiōis intelligentia, ui de quæ hic scripsi in Annota.]

a ¶ Tribuens. vt honeste uiuat sibi: & sic alterum non lędat, immo proficiat: uel dic ius suum. i. hominis meritum.

SYL. ¶ Adde, q̄ hic est potius effectus iustitiæ, quàm ipsa iustitia, vt dicit August. lib. xix. de ciui. Dei.

b ¶ Notitia. Potest recte legi, vt illa dictio, sciētia, sit ablatiui casus: vel contra sit nominatiui casus, & hæc dictio, noti tia, sit ablatiui casus. † sic infra titu. j. in prin. Sed nunquid fm hoc oportet, q̄ quicunq; vult iuris prudens vel iurisconsultus esse, debeat theologiam legere? Rñ. non, nam in corpore iuris hæc omnia inueniuntur, vt C. de sum. tri. & fid. cath. & C. de sacrosan. eccle & de epi sc. & cle. & in auth. sub multis titulis: ubi specialiter de diuinis tractatur.

† Immo vtraq; ē noīatiui casus secundum Chroph. qa pūt sub verbo, notitia, obtinet vim copulę.

SYL. * ¶ Dic uerbum, diuinarū, positum in hac diffinitione, referendum esse ad illam iuris publici partem, quæ in sacris & sacerdotibus consistit, ut plene tam in Annota q̄ in Commentarijs hoc loco declarauimus.]Item quæ est differentia inter iustitiam, & ius, & iuris prudentiam? Respon Iustitia est uirtus: Ius est eius uirtutis executiuum.

†Hoc verū scdm doc. hic, si cōsiderent hic verba quo ad ordinem prioritatis & posterioritatis & tūc dicsūmū bonū. i. primum & vt in fi. d iure pto in prin. alias secus.

ADDITIO. Angelus non putat hoc uerum: quia immo magistratus est ille, qui exequitur ius, ut l. ij. §. post originē. ff. de orig. iur. Ang.

¶ Iuris prudentia est scientia illius iuris. † Item iustitia est summum bonū, ius medium, iuris prudentia infimum. Item iustitia uult tribuere unicuiq; ius suum, Ius uero coadiuuat, Iuris prudentia docet qualiter illud fiat.

¶ Adde

¶ His igitur[a] generaliter cognitis, [b] & incipiētibus[c] nobis[d] exponere iura pp'li Romani, ita maxime vidētur[e] poſſe tradi commodiſſime; ſi primo leui[f] ac ſimplici[g] via, poſt deinde diligentiſſima[h] atq; exactiſſima[i] interpretatione[k] ſingula tradantur: alioquin, ſi ſtatim ab initio rudē †adhuc & infirmū animū ſtudioſi, multitudine ac varietate rerū onerauerimus, duorum alterum, aut deſertorē ſtudiorū efficiemus, aut cū magno †labore, ſæpe etiā cū diffidentia (quæ[l] plerunq; iuuenes auertit[m]) ſerius ad id perducemus, ad qđ leuiore via ductus, ſine magno labore, & ſine vlla diffidētia

SYL. ¶ Adde, q̄ cōis reſolutio eſt, q̄ hæc verba accipiantur non quo ad eſſentiam, ſed quo ad ordinem, quia iuſtitia tanq̄ in abſtracto eſt primum: ius vt in concreto ſecundum: iuris prudentia tertiū: ſicut ſcientia poſt ſcibile.

¶ His igitur. Diuiditur ī duas ptes: in prima ponit, cōſilium ſuū docendi primo læuia: in ſecunda rationem reddit p locum ab inconuenienti: ſecunda ibi, alioquin.

Casus. ¶ Quærebat viſa diffinitiōe iuris prudētię quo ordine deueniendū eſſet ad illi⁹ cognitionē: & reſpondetur vt in tex. *nec placet rō dubitandi alias aſſignata per §. diſcipuli. in proœ. ff. cum illa ep̄ſa facta fuerit poſt compilationē Inſtitutionū, vt ibidem appatet, unde ille §. nullā potuit prębere materiā dubitandi ſed loc̄o caſus legendum eſt quę in proęmio viij. li. ſcribit Quintil. aurea ſane. & ad hunc locū maxime pertinentia. Not. q̄ ea, quæ ex diffinitionibus cognoſcunt̄, dicunt̄ cognita generaliter. Item q̄ à faciliotibus eſt inchoandū. Item q̄ rudis animus rerum multitudine onerari nō debet. Item q̄ non debemus cauſare q̄ iuuenes ſtudia deſerant. Item q̄ facilio re via eundum eſt: & q̄ doctrina debet procedere à generalibus ad ſpecialia: & q̄ ea doceri debent, quæ auditorib⁹ cōueniūt. viij. q. j. c. oportet. Item q̄ diffidētia plerunq; remonet animū à ſtudijs. Item q̄ in quacunq; re eſt habendus ordo: q̄ multitudo patit confuſionem, q̄ illud eſt ſimplex, cui nihil additur.

a His igitur generaliter. Nūc uult dicere, qualiter leges ſunt docendę.

b ¶ Cognitis. i. poſita diffinitione iuſtitię & iuris prudentiæ. Accurſius.

c ¶ Et incipientibus Datiue poſſunt legi cum uerbo infra, videntur: uel ablatiue, vt ſuperius reſpiciāt: & hec uerior.

d ¶ Nobis Loquuntur compilatores huius libri in p̄ſona Iuſtiniani, qui debet exponi p eos.

SYL. ¶ Adde, q̄ immo loquitur Iuſtin. vt ſ. in proœ §. j. ubi dicitur, perfecimus.]

e ¶ Videntur. ſ. iura populi Romani.

f ¶ Leui. quo ad uerba.

g ¶ Simplici. quo ad ſentētiam,

SYL. * ¶ Leuem ac ſimplicem viam dixit. i. facilem, quem admodum etiam in §. ſed quia. j. de fidaicom hęre. & in l. ulti. §. Tales. C. de fur. quare pbanda nō eſt dr̄ia Accur. inter verba & ſententiā, nec illatio de reſpondendo poſitionibus ſimpliciter, quam hinc colligunt Doctores.]

h ¶ Diligētiſſima. quo ad ſubtilia v̄ba.

i ¶ Exactiſſima quo ad ſubtilem materiam & ſcientiam.

K ¶ Interpretatione. i. facili ſententia.

l ¶ Quę. ſcilicet diffidentia.

m ¶ Auertit. no. contra inconſtantiam.

SYL. * ¶ Variatio quando permiſſa ſit, uide Dyn. in c. Mutare. de regul. iu. lib. vj. & Deci. in l. Nemo poteſt mutare. ff. eod.] Sic ff. de procu. in cauſæ. in princ. & in auth de mon. §. ſi quis autē forte. vnde Salomon, Tria ſunt mihi incognita, & quartum quod penitus ignoro: via colubri ſuper lapidem: via auis volantis in aere: via nauis in medio maris: quartum difficilius, † via iuuenis in adoleſcentia ſua: vnde dantur in integrū reſtitutiones eorum facilitatibus, ut

† Rudem intelligit nouū, & adhuc nō firmū, ſicut & Neratius parietes nouos & recētes, rudes appellat. l. v. ſusfru. Quemadmodum vſusfruc. Eodē loquendi mō vtit̄ idē Iuſtin. in hac ipſa fere ſnia explicanda. l. ij §. ſed cū. uc vete. iu. enu. ibi, hoīes rudes & q̄ ī primis ſcpū veſtibulis ſtāt.

† alias labore ei⁹.

† concor. tex. iūcta glo. in c. oīs ętas. xii. q. j. & extra de p̄ſump. c. c. ex ſtudijs. i glo. xx. q. iij. pclinis.

vt infra de hęc.qua.& dif.§. extraneis.
a ¶ Maturius. Hic Nota prouerbium, Qui vadit plane, vadit sane.

SYL. ¶ Iuris pcepta. Tex.hic nō recipit diuisioné, summā, aut casum: & notabilia alia non colligunt nisi ea, q̄ in text.dñr.
b ¶ Iuris præcepta.i. iura p̄cipiētia: præcipiūt aliqd, qd ptinet ad aliquod istorum triū: nam non omne ius præcipit: immo quoddam punit: quoddam vetat: quoddā permittit, vt ff.de legi.l.legis.quoddam consulit, vt ff.de rei vend.l.is qui. & quoddam hortatur, vt C.de transa.l.age.

† sic in proę. decre. i gl. honeste. & i prin. decreti & humanū genus.

maturius[a] perduci potuisset.

¶ Tria iuris præcepta, ex l. iustitia. ff. eo.titu.

¶Iuris [b]præcepta† sunt hęc honeste[c] viuere: † alterum[d] nō lædere ius suū[e] cuiq, tribuere.

¶ Ius aut publicū est, aut priuatum: publicū, quod ad rem Romanā: priuatū, quod ad priuatos spectat. dicēdum est de priuato h.d. ex l.j.§. huius studij.ff.eo.titu.

¶ Hui⁹ studij duæ sunt positiones:[g] publicum, & priuatum.

† An aūt seipsū lędat offēdere vel alteri offensioné sui ponit tere, vide hic p lo. sa.& Ange. & per Are.in c. si non licet.xxxij. q.v.

SYL. ¶ Adde q̄ non intelligit, q̄ omnia iura præcipiant, sed q̄ omnia iura reducant ad ista tria: aut enim respiciunt honestatem vitæ, aut alterius læsionem, aut tribuere quod suum est cuiq;.]
c ¶ Honeste. s. quantum ad se: quæ honestas & circa matrimonia est, vt ff. de ri.nup.l.semper. & circa mores seruat; vt ff.de tu. & cur.da.ab ijs. l.scire oportet §.penul.
ADDITIO. Et ideo dicit Ang. mulierem honeste viuere quæ viuit s̄m mores loci: sed caste viuere non intelligitur quæ transit ad secunda vota s. respectu mariti defuncti, vel filiorū eius: sed respectu aliorum secus.
d ¶ Alterū nō lędere. vnde illud, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. vt in decre. in prin.
e ¶ Ius suū. vt nō solū nō lędat, sed etiā adiuuet. nā non sufficit abstinere à malo, nisi fiat qd bonū est, vt arg. in decre. lxxxvj. dist. non satis. Sed nōne hęc verba accipiun̄t hic sicut ī diffinitioné iustitiæ in fine? Rñ. nō, immo ibi hęc tria cōprehēdit: hic aūt illud solū qd extra duo prima relinquit̄. Et not. q̄ in hoc reprobo opi. Py. & aliorū, qui dixerunt,

Quęstio.

Iuris diffinitio.

q̄ in hoc titulo non diffiniebat̄ ius, qd est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellat. nā dico q̄ hęc verba, quæ hic sunt, tantūdē p̄stant: nā qd hic dicit: præcepta iuris: p hoc dicit, ars, cū ars sit collectio multorū pręceptorū. Item p hoc qd dicit; honeste viuere: alterū non lędere, valet tantum, quantū, boni & æqui. Itē p hoc, qd dicit, ius suū vnicuique tribuere, colligo, cuius meritosq; nos sacerdotes appellat, i. sacra vel iura sua cuilibet ministrantes, vt hic & ff. eo.l.j. ij. respon.
* ¶ Iuris diffinitionem, quam tradit Vlpia. in d. l. j. explicauimus hoc loco diligenter in nostris Commentarijs, post Budæum in Annot.ad d.l.j. SYL.
ADDITIO. Glo. hic loquitur inutilia & remota. vnde Py. verum dicit, q̄ hic Imperator non diffinit ius: aliud enim est ius diffinire, aliud iuris p̄cepta enarrare. Ioannes fabri.
¶ H[...]s. Diuiditur in duas partes. In prima diuidit ius: in secunda proponit dicere de iure priuato.
¶ Casus. In diuisione non figurat̄. Not. ius diuidi in publicū & priuatū: & qd sit publicū, & qd priuatū. Itē q̄ res Romana ponit̄ pro oibus rebus publicis.] SYL.
f ¶ Huius studij. idest artis adipiscendæ per studium.
g ¶ Positiones.i. species, s̄m Pla. sed s̄m Azo. sic. i. sup duob⁹ generibus, nō speciebus, ponit̄ hęc ars studio discēda. nec enim placet, q̄ ex multitudine rerum multa dicant̄ iura: sic enim diceret̄ ius aliud equi[...]ū, qd sup equo tractaret: aliud asininū: & sic de singulis: sed credo, q̄ iste nō fuit Pla. intellect⁹, sed ille, qui est præceptoris mei. Accursius.
* ¶ Ego positiones hoc loco, reiectis subti- SYL.

subtilitatibus;pro speciebus aut generibus accipi existimo: ius enim aut publicum est,aut priuatum;tametsi aliter Budęus interpretetur in l.j ff.eo.

uatum. Publicum ius[a] est, quod ad statum rei[b] Romanæ spectat.[c] Priuatum est, quod ad singulorum vtilitatem pertinet.[d] Dicendum est igitur de iure priuato:[e] quod est tripartite[f] collectum. Est enim ex naturalib.[g] preceptis, aut gentiũ,[h] aut ciuilib.[i]

a ¶Publicum ius. Et consistit in sacris, in sacerdotibus(i)& magistratib. ff.eo. l.j.§.publicũ. & in auth. vt li.ma.& auig. §.q̃a vero ītai coll viij. & C. de sum.tri, & fid.cath. inter claras.& ff.de ori.iu.l.ij.§.post originem.

* Cur publicum ius in sacris & sacerdotibus consistere dicatur, vide Alciatum lib.ij.Parer.c.xxxv.

ADDITIO.(i) Notat hic Ange. quòd cũ ius publicum consistat in sacerdotibus,sacerdos est persona publica: non potest tamen alteri stipulari,nisi de eo, quod spectat ad sacerdotis officium,vt vsuras restitui, vt notat Ioannes Andreas in capit.quanquam. extra de vsu. lib.vj.Ang.

b ¶Rei Romanæ. idest Romani imperij. sic ponitur infra de pat. pote. §. ius autem.

c ¶Spectat. scilicet principaliter. nam & singulorum est vtilitas, rempublicam conseruari.

d ¶Pertinet, scilicet principaliter. secundario autem ad publicam vtilitatẽ pertinet.expedit enim reipubli.ne quis re sua male vtatur ; vt infra de ijs ; qui sunt sui vel alieni iu.§.fin.

** ¶Annotandum est, quatuor modis publicam vtilitatem accipi: alia enim vtilis est & publice, & cuilibet singulariter, vt illa, quæ in sacris, & magistratibus consistit. d.l. j §. publicum.altera,quæ publice quidem vtilis est, non etiam singulariter, qualis est illa, quæ ad fiscum pertinet.l.penult. C. de princip. lib. xij. Alia, quę & ipsa publice quidem, sed magis singulariter vtilis est: vt quod dotatę sint mulieres, vtile est id in primis ipsis mulieribus, deinde & ciuitati, nempe vt repleatur liberis hominibus l.j.ff.solu.matri.Quarta & vltima, quæ actu singulorum vtilis est,publice vero non nisi collectim, & cuiusdam vniuersi contemplatione, cõmoditatem quandoque afferre potest: vt quòd subiecti sint locupletes: q̃ nemo re sua male utatur. d.§.fi. infra de ijs qui sunt sui vel alien. iur. Sed hæc à proxima nõ multum distat; nisi quòd à publico commodo longius abest. Alcia.

e ¶De iure priuato. Sed quid de publico?Respon.non dicet in hoc libro ; sed ff de iure fisc & C.eo.tit. & in alijs titu. sequentibus ; & fere per omnes tres libros Codicis,vbi de iure pub.tractatur. Et nunquid illud est tripartite collectum? Respon. sic vt statim dicam, & ex eisdem pręceptis. Cum ergo eadem sint exempla publici & priuati, quare de priuato tantum dixit, quòd est tripartite collectum?Respondeo, quia plura erat de eo priuato dicturus. Item cũ fecisset hunc librum causa rudium,nolebat eos multum aggrauare: quod fecisset, si tractasset de iure publico in hoc lib.

* ¶ Imo tres tm misit, non decem, vt à Liuio lib. iij. ab vrbe condita pditũ est. SYL.

¶ Sed naturalia. Diuiditur in duas partes: in prima ponitur qualiter ius naturale est immutabile: in secunda q ius ciuile mutatur. secunda ibi, ea vero. SYL.

Casus. Positæ erant differentiæ inter ius ciuile & naturale: quæsitum fuit, an sicut ciuile ius secundum qualitates personarum & temporũ mutatur, ita mutetur ius naturale: ratio autem dubitandi potuit esse; quia cũ respiciat ipsos homines, quorũ status est in continuo motu, videbatur alterandum fm mutationem & exigentiã ipsorũ. cuius cõtrariũ deciditur ex eo, quia cũ naturalia per pro

tua rõne constent, & ab ipsa natura. & Deo regantur, & infundantur mẽtibus hominũ, certe nõ possunt recipere mutationẽ aut alterationẽ aliquam; sicut recipiunt ciuilia. No. ꝙ ius gentium est in sui totalitate immutabile. & ꝙ hic loquatur de iure gentiũ, decla. tex. in §. qđ vero. s. eo. vbi ponũtur hæc verba. Itẽ ꝙ ius gentiũ oritur ex diuina prouidentia. Itẽ ꝙ statuta & ius ciuile mutatur vel contraria le. vel consuetudine. Item ꝙ eo vinculo quid tollitur quo introducitur.]

†Vñ dicit Bal. i c. i. § vlt. q reu da. pos. quod ius natu. est poten ti⁹ q̃ principatus.

¶ Sed naturalia[a] quidem iura, quæ apud omnes gẽtes peræq; obseruanť, diuina quadã prouidentia cõstituta, semper firma † atq; immutabilia pmanent: ea vero, quæ ipsa sibi quæq; ciuitas cõstituit,[b] sæpe mutari solẽt, vel tacito consensu[c] populi, vel alia[d] postea lege lata.

gio erga Deum, cultus parentum; & id genus alia, de quibus in l. ij. & iij. ff. de iusti. & iu. Sed ius gẽtium constitutum, hoc est, non à Dẽo ipso nobis infusum principaliter & ꝓpter se, sed quod mortales ipsi introduxerunt, naturali ratione suadẽte ob bonum publicum, & cõseruandæ hominum societatis causa, aliquando mutatur propter varias humanarũ rerũ circunstantias, si id publicum bonum expostulet, & ratio conseruationis societatis humani generis suadeat, quod videre ẽst in dominiorũ distinctione, & vsucapione: in seruitute, & manumissione: in cõtractibus, & innumeris aliis exẽplis.

¶ Ius ciuile aũt ad personas pertinet, aut ad res, aut ad actiones: & pri⁹ videndũ est de personis. h. d. ex l. j. & ii. ff. de statu homi.

a Sed naturalia. Hic §. potest intelligi de iure naturali primæuo, quo mouenť omnia animalia ad aliquid faciendum, vt not. s. eo. titu. in prin. Sed quod dicit esse immutabile, est cõtra id, quod de seruitute dicitur, quæ est contra ius naturale: & tñ præualet, vt. s. eo. §. ius autẽ. Sed dic, non derogatur ob hoc, licet nõ seruetur in illo casu: nam nihilominus æquum & bonum est. † Et eodem modo respondeo ad illud, quod dicitur. j. de ca. di. §. quod autẽ. quod est contra. Vel ibi nõ tollitur cognatio, sed ius succedendi. Item eodem modo vt prius. respondeo ad illud, quod de vsucapione dicitur. j. de vsucap. in prin. quod cõstat esse contra ius naturale, vt ff. de condi. inde. l. nã hoc natura. Vel dic, ꝙ iste. §. loquitur de iur. gentium: quod patet ex illa litera. Quæ apud omnes gen. s. eo. §. quod vero naturalis. Accursius.

† Hoc est quãtũ in se est, s. in abstracto viget. sp vniformiter. sed quãtũ ẽ i concreto põt i aliquo mutari scdm Ang. hic.

¶ Adde, ꝙ ista est vera, vt dixi in primo no. & intelligitur quòd non mutatur in sui totalitate, vt dicunt docto. hic.]

SYL.

** Intellige, hic agi de eo iure gentium quod inditum appellamus, quasi mentibus nostris insitum Dei prouidentia absq; vllo hominũ decreto, vel persuasione. Hoc enim perpetuum & immutabile est, cuius exempla sunt illa, Reli-

b ¶ Constituit. scilicet de consuetudine speciali, vel l. municipali scripta.

c ¶ Tacito consensu. scilicet contraria consuetudine, vt ff. de leg. & se. con. l. de quibus in fi.

d ¶ Vel alia. i. contrario statuto: & sic redduntur singula singulis.

¶ Omne ius. Diuisio & casus p se patet. SYL.

* Cum enim supra dixerit se tractaturũ de iure priuato, quæsitum est an aliquã diuisionem huiusmodi ius recipiat: & respõdetur, ꝙ ius, quo vtimur, & in practica obseruatur, aut respicit personas distribuendo vnicuiq; functio ẽ suam, aut res vtilitate quadã vsibus personarum commutandas, aut actiones, quib⁹ incidentes controuersiæ dirimunť sed prius ait Imperator se locuturũ de personis, quarũ causa non modo ius est cõstitutum, sed omnia quoq; animalia genita. §. In pecudum. infra de re. di. No. diuisionem. Item ꝙ appellatione rerũ hic non veniunt actiones, quãuis alibi sic. l. rei. ff. de verb. signi. Item ꝙ digniora sunt præferenda. Item ꝙ cognitio eorum, quorum non cognoscitur finis, est superuacua & habetur pro nihilo.]

a ¶ Omne.

a Omne. Quid sit ius & qualiter diuidatur diximus: nunc differentiam inter ipsa iura ponit.

b ad personas. De hoc dicitur infra in toto primo lib. vsque ad titulum de rerum diui.

† Tu hic incipit t. t. de iure personarum.

c Ad res. De hoc dicitur j. lib. ij. & iij. vsque ad titu. de oblig.

** Rei appellatio ad omnē cōtractum & obligationem pertinet. l. vj. de verbo. & re. significa.

d Ad actiones. De his dicitur j. de act.

e Personæ. Nam homo est dignissima creaturarum,

† Omne [a] autem ius, quo vtimur: vel ad personas [b] pertinet, vel ad res, [c] vel ad actiones. Et prius de personis videamus: nam parum est ius nosse, si personæ, [e] quarū causa cōstitutum est, [f] ignorentur.

¶ De iure personarum.

¶ Homines aut li-

Ouid. j. Meta. vt ff. de ędi. dic. l. iustissime. Vnde Ouidius: Pronaq; cum spectent animalia cętera terram: Os homini sublime dedit, cœlūq; videre iussit, & erectos ad sydera tollere vult. Et Virgilius: Igneus est ollis vigor & cœlestis origo Seminibus. Vir. in 6. Aeneid.


f Ignorentur. Et sic statim ponit de iure personarum. Et no. hic, q̄ digniora proponenda sunt: sic infra de bo. pos. §. aliam vero & per hoc facimus multas formationes † titulorum. † Idest cōtinuationes titulorum.

Adde, quòd quum cōcurrunt dignior & potentior, præfertur potētior. l. Queritur ff. de sta. homi. Continuatio.

De iure personarum.

SYL. Continuatur titulus per Impe. in proximo. §. finali titu. præced. ibi, & prius de personis.

Diuisio.



Summa. Totus iste titu. diuiditur in sex partes. Nam primo ponit diuisiones personarum. Secundo diffinitionem libertatis: ibi, Et libertas. Tertio Diffinitionem seruitutis: ibi, Seruitus. Quarto quare dicantur serui: ibi, Serui autem. Quinto quot modis quis efficiatur seruus: ibi, Serui autem. Sexto ponit differentiam inter seruos & liberos: ibi, In seruorum. Aretinus.

Summa itaque. Casus non figuratur, quia diuidendo & diffiniendo procedit. Not. quòd homines aut liberi sunt, aut serui. Not. quòd dictio, omnes, stat distributiue. Itē quid sit libertas, & quòd liberi a libertate dicuntur. Item quid sit seruitus: & quòd illa procedit à iure gentiū contra ius naturæ: & quod serui dicuntur à seruando: & quòd capti in bello vendi possūt per ducem. & vnde dicantur mancipia. Item q̄ licet arguere à deriuatione vocabuli. Item secundum aliquos, q̄ dictio, solet, importat necessitatem. SYL.

beri sūt, aut serui: diffinit libertas & seruitus: & serui à seruando dicūtur: sicut mancipia, q̄a manu capta. h. d. ex l. summa. & l. seq. ff. eo.



Summa [g] itaq; diuisio de iure personarum hæc est; quòd omnes homi

* Illud quoque obseruandum est, quod hic dicitur in rub. De iure personarum, in ff. dici De statu hominum: & sic ius ponitur pro statu.]

g Summa. Id est prima, quia & aliæ sequuntur? vt infra de iis qui sunt sui vel alie. iuris. in principio, & infra de tute. in princ. Vel dic summa, idest maxima: quia partim est de iure naturali, vt libertas, & partim de iure gentium, vt seruitus: quorum vtrunque scilicet ius naturale & gentium, antiquius est iure ciuili, vt infra de rerum diui. §. singulorum. Vel dic, summa, idest breuis, sic j. de oblig. §. j.

Adde, q̄ prima communiter approbatur, ex eo quia intelligitur, q̄ prima omnium diuisio hæc est, sicut infra de obliga. §. j. Dicitur autem summa, quia vt dicit Boetius in quarto Arit. maxima & minima cuiusuis rei pars, dimidia est: maxima. quia nulla maior quota pars, maior est dimidia: minima, q̄a nulla diuisio minori quàm duarum partium numero fieri potest.] SYL.

a Homines. Sed pone, quod hic sint duo homines: vnus liber, & ali⁹ seru⁹: tūc hęc propositio est falsa. Dic, quod pluralis oratio cōuertit' in singularē: & tūc ē vera & nō falsa, vt ff de cōdi. & de mō. l falsa. §. fi. & ff. de peti. hæred. l. diu⁹. in fi & de orig. iu. l ij. §. exactis & de verb. significa. nō ē. Econtra singularis per plurali, vt co. titu l. in. vsu. & ff. de testa. tu. si quis ita. §. primo. & dic has quæstiones positas. ff. eo l. iij.

†Libertatis tēplū in Auctiono colle fuerat cō structum. Fest.

nes, a aut liberi sūt, aut serui.

c † Et libertas c qui dem (ex qua etiam liberi vocantur) est naturalis facultas eius. quod cuiq; facere libet, nisi † quod vi, aut iure prohibetur.

SYL. * c Dic sm Bal. in d. l. iii nihil interesse vtrū dicat, omnes, an omnis, & sic obstāt oppositiones: sensus tamen huius loci satis patet: voluit enim dicere Imperator, quod hominum aliqui sunt liberi, aliqui serui: quē sensū & Theophilus secut⁹ ē.

ADDITIO. Dicas, quod plurale resoluit' in singulare, vbi nō potest remanere in propria significatione, quia sequeretur iniquum vel inconueniens, aliàs non resoluitur. Itē singulare in plurale, quādo nomē est collectiuū, vel rationis paritas seu cōnexitas hoc inducit: aliàs nō. Ioā. † Adde, Quando pluralitas resoluat' in singul. latissime differit Hierony. zāchus in repeti. § Cum ita l. Heredes mei. ff. ad Treb. vbi quid in substiiutionib⁹, cōtractibus, iudiciis, & alijs materijs, incipiē do à nu. 8⁊0. vsq; ad nu. 341.

SYL. b c aut serui. Sed quid de statu libero? Videt' liber ff. si ex no. causa ag l fi. Sed cōtra est. ff. de statu li. l. statuliberum † * c Statuliber est qui statutam & destinatam in tempus vel in conditionē habet libertatem. l. j. ff de statuli. nec ambigendum est, quin statuliberi comprehendantur sub membro seruorū: nam licet spes sit libertatis, tamen dum sunt statuliberi. i. donec libertas nondum venit, serui sunt. Non obstat di. l. fin. quia quamuis dicat' ibi, in eadē causa sisti, si liber sistat', hoc est ex eo, quia nil noui circa eiusmodi seruū factū est, quod nō habeat originem in tempore promissionis illū sistēdi. vt cōsiderāt ibi Doctores.] Itē qd de ascriptitio vel cēsito? Videtur quod serui sint, vt C. de agri. & censi. l. ne diutius l. fin. lib. xi. & C. in qbus cau col cē. l. h. li xj. † Sed cōtra est sm Ioan. (licet alij aliter distinxerūt) cū possint fieri clerici, & cōtra dñorum voluntatē. quod nō ē in vere seruis, vt C. de episco. & cle. l. iubemus. §. seruos & ī authē. de sān episco. §. ascriptitios. colla ix. Itē in dubio pro libertate iudicā dū est, vt ff. de re. iu. l. libertas. & quod in cōtrariis legibus cōtinet', loqt' quo ad seruitia, qbus astrictus est. quare poterāt pdicti & facere testamentū, & ferre testimoniū, & alios actus ciuiles exercere. nec alienari possunt sine solo. vt C. de agri. & cēsi l. quemadmodū li. xi. c Adde quod hæc opi. communis est, contra quam dispu iādo tenet præpo senen. in iij. cau. q. ij. * Sunt autem ascriptitij serui aut coloni, qui glebæ seu prædio colendo perpetuo ascripti atq; addicti sunt, inde nunquā recessuri, dominisq; annuos reditus omnes preter sumptum & victum reddituri.]

†Hic quo ad qdābr plibo, & quo ad q dā p ser no, vt no. in l. h ff. si ex nox. cā agat. sm o's doct. hic.

†Ifsā cōiter approbant oēs doct. hic. & ē capt. sū extra de iudi. c. ij.

SYL. Adde, quod ascriptitius seruus est portio fundi, & inter res immobiles annumeratur. l. iubemus C. de sacrosan. eccle. & l. iij ff. de diu & temp. præscri. idq; Bal. annotauit. l j col vj. C. de ser. fugi.

Item quid de monacho vel regulari canonico? Respondeo: liberi sunt, & ideo † possunt reddere testimonium: quod dic vt diximus in auth. de mona. §. cogitandum coll. j. licet quo ad actus quosdam fingantur mortui, vt in authen. de mona. §. illud. & § si quis autem. coll. j. & in authen de nup. §. secundum occasionem col. iiij. †

ADDITIO. Adde, quod licet monachi dicantur mortui mūdo, vt in c ij. extra de postulan. & l. Deo nobis C. de epsc. & cleri. tñ hoc verum est quo ad actus ciuiles, non quo ad actus naturales.

c c Libertas. Hæc diffinitio tribus modis potest legi. Primo secundum. Ir. vt diffiniatur libertas eo iure, quo inuenta est i naturali & sic etiam serui secundum hoc sunt liberi. nā & ipsi possunt facere qd volūt, nisi quod vj. j. de facto: vel

†alias & quid.

† Dūmō iurent cū licētia sui superioris ᵃ al' non valeret eorum depositio, se cundum Io. fab & Ang. hic.

† Dic sm ve. d bel. pti. qd nō reputant' mortui quāiū ad act' ciuiles, sed bñ quātū ad ea q sunt cōtra sui psessionē

vel iure s. quolibet prohibeanť: & hæc verba, Ex qua etiam liberi &c. possunt esse de diffinitione. ná & ipsi liberi vocantur ꝟm idem ius, vt.j.de libe.§. j. Alij dicunt diffiniri libertatem liberi, non libertaté serui: qa ex prima vocátur.s. hodie liberi, nō ex secunda s. quá habét serui. Est ergo libertas alia in seruo, alia in libero: & secundú eos verbum, vi, exponitur vt pri⁹. Sed nec prima, nec secunda placet; ꝙ serui sint aliquo iure liberi, cum ius gentium in hoc derogauerit iuri naturali, vt.j. §.seruit⁹. Et expone vi. idest iure gentiū: quod quadam necessitate induxit seruitutem. s. per captiuitatem, vt s̄.tit.j.§.ius autem.& iure. s.ciuili, qñ maior.xx. annis vēdit se ad pretium participandum, vt.j.§.serui.q. d liber quilibet est, nisi fiat seruus iure gétium, vel ciuili. & hæc verba, Ex qua ét liberi &c. non oportet ꝙ sint de diffinitione, sed quendam effectum libertatis demonstrant.

† Hoc est belli duces Vnde hic Theophil⁹ non vertit. ἀυτοκράτορες, sed οἱ τῶν πολέμων ἡγεμόνις.

† al. non hř iubět.

SYL. Vltimá expōnem sequunť hic Doct.

Adde, ꝙ ex quo hic diffinitur libertas ad dñam seruitutis, necessario diffiniť secundum tempus, quo erat seruitus: & sic falsa est opi. Iaco. but. Nec opin. glo. hic est vera: quia per eá non excluditur seruus, qui pōt facere ea, quæ vel iure gentiū vel ciuili eidem prohibita non sunt: vnde dicas, ꝙ non intelligitur quę prohibita sunt ipsis particulariter, sed ea quæ absolute & de se ꝓhibita sunt. Ná ita intelligendo, testari, contrahere, non sunt de se prohibita, & tñ seruo nō competunt. Intelligatur ergo vis & ius proprie, quia quamuis prohibitum alicui sit à iure homicidium, nōn per hoc minus est liber: sicut non minus est liber ꝑ hoc, ꝙ de facto ipsa vi prohibeať, & impediatur aliquid facere.]

¶ Seruitus autē est constitutio [a] iurisgentiū, qua qs dominio [b] alieno contra naturam [c] subiicitur.

¶ Serui autē ex eo appellati sūt, quòd Impatores † captiuos vēdere † iubēt ac per hoc seruare [d] nec occidere solent qui etiam mācipia dicti sunt, eo quòd ab hostibus manu capiuntur. [e]

¶ Serui vel nascuntur ex ancillis, vel fiūt captiuitate, vel vendūtur ad pretiū participandū: inter quos, sicut inter liberos, nulla est differentia h.d.ex l. v. ff. eod.

¶ Serui autem aut

a Constitutio. idest vnum de statutis iurisgentium: nam & alia multa statuit iusgentium, vt s̄.tit.j.§. ius autē. sed hodie dici potest seruitus de iure ciuili formatione: † ná alia olim. & alia hodie est hæc potestas, vt infra de iis q̄ sunt sui vel alie.iu.§ pen. & fin. quare ē de iuregentiū inuētione, sed ciuili formatione, vt ff. de ius. & iur. l. ius aūt ciuile.

† Hoc est verū quo ad id, qđ addiť: nō quo ad id cui addiť lac.

b Dominio. Aliqñ sine dominio, vt ff. de re.diui. l j. §.j.& ff.pro derelι. l.fi.& ad idem ff. de stipu. seruo.l.quod seruus. & ff. de libe. causa.l.si vsumfructum.

* Imo posito seruo, necessario ponitur dñs, & econuerso, cum sint correlatiua: nec leges per gl.allegatæ probant cōtrarium, vt late in Cōmentariis ostendi.] SYL.

c Contra naturam.i. contra ius naturale: cum eo iure omnes liberi sunt, vt.j. de libe.§.j. & s̄. titu. j. §.ius autem.

Adde, ꝙ debes intelligere.i. contra illud, quod natura dictabat in primo statu, sicut in l.ij.ff.de nata. resti.dř restitutus natalibus, qui natus est seruus: sed intelligitur.i. libertatí, quam à principio homines habebant, non in qua nascitur qñ seruus nascitur: & si vis plura circa hæc causa disputádi, vide Fortu. in l.manumissiones.ff.de iust.& iu.] SYL.

d Seruare. Nóta seruū dici à seruandó, & non a seruiēdo ꝟm Isidorum: sed tabellio dř seruus publicus à seruiēdo, vt ff.de ado.l.non aliter, & ff. rem pupilli sal.fo.l.ij qui tñ seruus non pōt esse, ut C. de tabul. l. generali. lib. x. Accur.

Seruus tabellio eē nō pōt.

* Vide similem glo.j.de adop.§. cū autē.

e Capiuntur.ff. de sta. ho.l.iiij. in fin.

Serui autem Diuiditur in tres partes. In prima poniť diuisio: in secūda: declaratio illius: in tertia, differentia inter cō

ditionē liberorū & seruorū,& declarat. scda ibi, nascūtur, tertia ibi, in seruorū.

SYL. ¶ Casus non ponit, quia diuidendo procedit, & diuisionē exemplificando. No. qualiter serui fiant, & qualiter nascant. Item q̄ ius ciuile introduxit, q̄ homo pateret se vēdi ad pretium participandū. Et q̄ quis est

nascūtur; aut fiūt [a]: nascuntur ex ancillis [b] nostris: fiunt aut iure gentiū, id

dominus suæ libertatis etiam vsque ad venditionem Item q̄ liberorum alij ingenui sunt, alij libertini]

a Aut fiunt ex accidenti

b Ex ancillis. Licet patrē liberum habeant, vt.j.titu j.& C.de rei vendi.l.partū. Quid si ex ascriptitio & libera? Rñ. sequitur ventrem, vt in auth. con quæ ex ascripti. & lib.nat § j colla v.

c Captiuitate. Quæ occasione belli cō tingit: quod est de iure gentium, vt s. titu. proxi §.ius autem.

* Adde, q̄ hodie capti, in seruitutem nō trahuntur, Bart. in l. hostes in fi. de capti. & postli reuer sed solū redemptionis precium soluere coguntur, Saly. in l. ab hostibus ij.C.de postlim.re.

d Iure ciuili. Est & tertius modus, vt C. de asserti. tol.j. §.pen. & est quartus, vt per ingratitudinem reuocationis in seruitutem, vt in authen. vt liberti de cętero. §.j. in fi. & § illud vero. colla. vj. Dic, hos modos esse iuris ciuilis, & ita comprehendi sub diuisione posita hic per imperatorem. nam quod dicitur in tex. iure ciuili seruum fieri. cum homo liber maior xx.an. patitur se venundari ad pretium participādum: exempli gratia dictum est: & ideo nō restringit hoc membrū diuisionis, quin aliter quoq; seruus iure ciuili fieri possit.

Vt liber fiat, seru9 ſ vēditionem, quatuor requiruntur.

e Maior. In quo facto sunt quatuor necessāria s. q̄ sit maior. xx annis, vt hic & C.de lib. cau.l.si ministerium.

SYL. Adde, q̄ ratio est, quia cū minor ante xx. annū libertatem seruo dare nō possit. §. Eadem lege j. quib ex cau.ma.non licet. tanto minus in se potest seruitutē constituere.d l si ministerium. & quāuis § ea. corrigatur per.§.Ergo.eo. titu. tñ non operatur in hoc casu: quia introducta fauore libertatis redūdaret in odiū, contra l quod fauore.C.de ll.] Itē & vt eo animo, vt pretij accipiat partem, vt hic,& C.de li.cau.l.non ideo. Item & q̄ vere habeat partem, vt ff. quib. ad lib. procla nō lic. l. j. Item q̄ vē datur ignotāti conditionem venditi, vt ff. de li.cau l.liberis §. siquis

est, ex captiuitate [c] aut iure [d] ciuili, cū homo liber maior [e] viginti annis ad p̄·

sciens Item & quintū, vt hic sciat conditionem suā, vt ff. si lib.ingen. esse di. l.ij & siquid horū defuerit, iure cōi prouocat in ingenuitatē: aliàs non poterit prouocare in ingenuitatē etiā si manumittatur, vt ff de sta.ho. l. homo liber. & ff de li.ca l. cum pacto. nisi redderet pretium,& dominus sponte acciperet

Adde sextū requisitū, q̄ seipsum vendat p interpositā personam: nam si seipsum venderet, nō esset emptor in bona fide: quia si credit seruum, est in mala fide; qa debet, scire esse alterius: si credit liberum, non potest d.§. siquis sciens.] SYL.

nec etiam dñs accipere compellitur pretium: licet quidā contradicāt, vt ff.si lib. ing esse di l ij.j.respon.& C.qñ licet ab emp.d.l.j &.j.tit j.in fi Sed nūquid habet in integrū restitutionē, cum sit minor xxv.annis maior tñ xx? Rñ non: qa nō est mutanda tanta solēnitas, & quia non est locus restitutioni, vbi res mutat statū, prorsus amittendo, vt ff. de mi. si ex causa.§. Papinianus.& ff de in integ. resti.l.diuus. Sed nunquid patri vel affini permittitur reuocatio, vel p offm iudicis, vel per rei vendicationē vtilem, cū ad eorū ignominiam respiciat, vt ff de rei ven.l j & de lib.ca.l.j.ii iii iiii. & v? Rñ. non, vt ff de ca. dim. l. tutelas. §.si libertatē. licet quidā dixerint contra ar. dictarum legū. Sed certe ibi non mutauerat statum sed mutare volebat. Restō in integrum nō d. minori xxv. annis q se vēdit.

Adde, q̄ hanc.q. late examinat & disputat p̄tæpo. sen.iii.q.vi per totum.] SYL.

ADDITIO. Dic glo. esse veram si parens, coniunctus, vxor, vel affinis fuerint scientes tpe, quo liber homo venditus fuit: tunc enim eorum sciētia.s.eis prę iudicat, vt non possint vendicare, quia dictæ venditioni videntur consensisse: secus

rum autē si fuerint ignorantes. quia illorum interest illū nō esse seruum : vnde pro eorum proprio interesse, etiā cōtra voluntatem dicti vēditoris, possunt agere & reduci facere illum in pristinā libertatē restituēdo pretiū. Ang. cui adde Iaf. qui tenet indistincte q̄ possit reuocari, siue parētes aut affines sciuerit, siue ignorauerint venditionem.

tium participandū sese venūdari[a] passus est.

[c] In seruorum cōditione nulla est[b] differentia, in liberis autem multæ[c] † differentiæ sunt: aut enim ingenui, aut libertini sunt.

† alias nō est, dicitur

a ¶ Venundari. Idē si quolibet alio titulo patiatur se transferri in aliū:qd verū est,si aliqd lucrū sentiat, vt C.de lib.cā. si ministeriū.& ff.de lib.ca.si vsūfr. §.i.

b ¶ Nulla est differentia. Sed videt̄ contra. nam quidam sunt in dignitate.

ADDITIO Idest in meliori statu & opinione, nō autē in dignitate propria per l. gnali.C de tab.lib.xi.Ang.] quidam nō,vt.j.de iniur §. sed pœna. & ff. de vsufru.l.sed & si qui d.la pri.Itē quidam ordinarij, quidā vicarii, vt.j. quod cū eo.§.cū autē Itē alii veterani, alii nouitii,vt ff.de ædil.ed .l. si & ff de publi. l.interdum.§ quoties Sed dic, † q̄ nullus est magis seruus q̄ alter, licet quo ad actus,& quo ad militias, & similia, sit differentia: licet olim magis vnus q̄ alter esset seruus, vt C. de nu. iure quir. toll.l.i. vnica. nam olim quidam habebant nudum dominium in seruis, quidam plenum, quidam semiplenum.

† eodem modo sol uit etiam Bar. in l. & seruorū.ff.eo.

SYL. * ¶ Quis sit seruus veteranus seu veterator, & quis nouitius, declarat Alciat. lib.iiii.de verbo signifi. & Budæus in l. vlt.ff de ædi.edi. q. vo dicāt ordinarii, itē q vicarii,expo.j.tit. qd cū eo.§. cū āt.

c ¶ Multæ. Quidam ponunt hic falsam notā,vt dūo † sint multa,ar. ff.ad fil.l i. §.hoc rescriptum.Sed certe ibi sunt tria appellata,non duo tm̄.Dic ergo, q̄ quatuor sunt dñæ liberorum hominum:vt ingenui, & libertini,& latini,& dediticii,vt hic,&.j. titu.j.de libe. §. libertinorum.ar. ff.vi bo.rap.l.iiii.§.j. ij. rñ. pro prima est in auth. de depo.& denū. ibi, Cum & alia multa.coll. vi.

† Credit hic pe qd hęc dictio duo ipor tet plura litatē p nō multitudinem.

¶ Adde tex.in §. singulorum.j. de te di. Alex.in l.i.in vii.col. ff.de leg.i. * Ceterū Accur. dū ponit quatuor dñas liberorū hominū, fallitur: cū & Latini, & dediticii comprehendāt̄ sub libertinis, & hi quoq; hodie sublati sint, vt patet ex d. §. libertinorum. Adde, q̄ ex hoc tex. nō recte colligitur, duo esse multa. nam hic vna sola dña liberorum ponitur: q̄. s. sunt aut ingenui,aut libertini: sed dixit esse multas,quia preter hanc, cuius materiam persequitur vsq; ad tit.de iis qui sunt sui vel alie.iu.sunt aliæ duæ, quarum vna tradit̄ in d. titu de iis qui sunt sui vel ali.iu.altera in tit. de tute. SYL.

De ingenuis.

¶ Ingenuus est qui ex liberis, aut libertinis nascitur, seu ex mr̄e libera, quāuis pater vel seru[*], vel incertus sit, quā sufficit aliquo tpe, dum in vtero est, liberā fuisse. h. d. ex

¶ De ingenuis. Quia supra dixit de iure personarū, quarum quędam sunt seruæ, quædam sunt liberæ: liberorū autē quidam ingenui,quidam libertini:ideo de his tractaturus præmittit de ingenuis tanquam dignioribus, Porcus.



Ngenuus. ¶Diuiditur in duas partes. Nā in prima tractat, qualiter quis dicat̄ ingenuus: in secunda qualiter ingenuitas perditur. Secunda ibi, Cum autem. Prima subdiuiditur in quinque. Nam in prima ponitur dictū: in secūda illud declaratur: in tertia respondetur tacitæ quæstioni: in quarta alteri quæstioni respondetur: in quinta decidit̄ incidens qō. Secunda ibi, Siue ex duobus tertia ibi , Sed & si quis.quarta ibi.Et ecōtrario.quinta ibi. Ex his. Porcus. Diuisio

¶ Casus. Dubitatum fuit pp proxime præcedentē distinctionē quis diceretur ingenuus: & diffinitur qui ex duob[9] ingenuis nascitur : quod nullā habet in se difficultatē: sed dubiū erat, si ex duobus SYL.

libertinis vel eorū altero; quia non videbat, q possent sibi dissimilem filium generare: nec in aliū plus dignitatis aut iuris transferre, q̄ ipsi haberent. l. nemo plus. ff. de re. iur. sed rndetur cōtrarium ea rōne: quia qualitas libertinitatis non potest cōpetere illis: q serui nō fuerūt, sunt enim liberi, dicuntur tn libertini ī memoriam illi' seruitutis, quæ qualitas cum cohæreat personæ ipsorum, non est transfusibilis in aliū: sed tunc dubitabatur. quid de eo qui matre libera, patre seruo nascebatur: dubium autem faciebat, quia cum ingenuitas species sit euiusdam dignitatis, videbatur in ea sequendus pater. l. liberos in fi. ff. de sena. sed contrarium respondetur, q quo ad libertatem; & ingenuitatem spectatur venter * quod ratione certitudinis constitutum censeo: mater enim semp est certa, pater vero nō: item vel ob maiorem partus fauorem, qui, si matrem spectes, tribus temporibus. s. conceptionis, partus, & medio tépore adipisci potest libertatem & ingenuitatem, sin auté patrem sequeretur, haberetur solum ratio temporis, quo concipitur, cum eo tātū tempore circa generationem pater agat in filium.] Sed fuit etiā dubitatum quo tempore foret necessarium matrem liberam esse: & videbatur partus spectandus: quia tunc proprie in lucem editus homo dici potest. l. Cum inter. C. de fideicom. lib. cuius contrarium respondetur, q sufficit quocūq; tempore fuisse; & ratio assignari potest, quia cum quo ad fauorabilia qui in vtero est habeatur pro nato, statim q aliquo tempore mater est libera, præsumitur tunc natus l. qui in vtero. ff de sta. ho. No. qui sit ingenuus. Item q dictio, sed & si, ponit diuersitatem in facto, & identitatem in iure. Item q sufficit matrem esse libe-

† Cōcor. cum hoc prin c. j iūcta glo. extra. de par. cau.

l. & seruorū §. īgenui. ff. de sta. homi.



Ngenuus[d] † est is, q statim, vt natus est, liber est: siue ex duobus [b] ingenuis matrimonio editus est: siue ex libertinis duobus, siue ex altero[c] libertino, & altero ingenuo.

¶ Sed & si qs ex matre nascit[d] libera, pre vero seruo, ingenuus nihilomin'[e] nascit: quemadmodū qui ex mre libe

ram, dato q pater sit seruus vel incert', vt natus dicatur ingenuus. Item q sufficit aliquo tempore liberam fuisse, etiā q conceperit & pepererit in seruitute. Itē q materna calamitas non debet nocere filiis non natis. Item q partus quo ad statum sequitur ventrem. Item q vulgo conceptus dicitur, cui' pater īcert' est.]

a ¶ Ingenuus. Quandoq; aliter: quia p sententiam, vt ff. de statu ho. l. ingenuum. Item per restitutionem natalium, vt ff. de nata. resti. l. ij. & l. patrono. §. fi.

* Dic, q hi modi nō arguunt defectiuā descriptionē ingenui huius tex. nā quo ad l. ingenuum. illud est, quia lex fingit eum natum ingenuum, vt aliquando finis litibus imponatur. Quo ad restitutionem natalium, hoc facit indulgentia principis, qui cū legibus solutus sit, minime insistendum est.

Partus seqt ventrem.

b ¶ Ex duobus. sic construe. Siue ex matrimonio: subaudi: constante ex duobus ingenuis editus &c. & sic expone omnia sequentia capitula.

c ¶ Ex altero. Sic. C. de ope. lib. l. quod ex liberta.

¶ Adde, q quandoq; nascitur liber ex duobus seruis in casu l. cum inter. C. de fideicom. lib. Item in casu l. cum Sillanianum C. de iis qui. vt indi.]

d ¶ Nascitur. secundum se.

e ¶ Nihilominus. Quia ventris status semper cōsideratur, vt hic & in auth. cō stitutio quæ ex ascrip. §. j coll. v. & C. de rei ven l. partum. † nisi in casu, vt C. de ser. fug. l. fi. & nisi in murilegulo, vt C. de murileg. l. qui aut patre. & l. ingenuæ. & l. ij. qui. lib. xj. & hoc iure Romano. secus iure Longobardorū quia semper in deteriorem statum traditur, ubi sit matrim[illegible]ium: aliud si concubinatus: nam tunc seruatur ius Romanum, q sequatur ventrem.

† Dic istā verū indistīctē in nō edito ex legitimo matrimonio: al. quo ad statū libertatis seqt matrem: sed quo ad originē, familiā, & honores, seqt prem s̄m oēs scriben. hic & rōnem diuersitatis vides ī figuratione casus

¶ Libera.

ra[a] & incerto patre natus est: quoniã vulgo cõceptus est. Sufficit[b] autem liberam fuisse matrẽ eo tempore, quo nascit͛, licet ancilla conceperit. Et econtrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat; placuit eũ, qui nascitur, liberũ nasci: † quia nõ debet calamitas[c] matris ei nocere, qui in vtero est. Ex his illud quæsitũ est: si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta pepererit, liberũ an seruum pariat. Et † Martianus ꝓbat liberũ nasci. Sufficit enim ei, qui in vtero est, liberã matrem[d] vel[e] medio tempore[f] habuisse: quod & verum est.

¶ Ingenuus natus, qui iure seruus nõ erat, si manumittatur, fit ingenu⁹ h. d.

¶ Cum autem[g] ingenuus aliquis natus sit, non officit[h] ei in seruitute[i] fuisse, & postea manumissum[k] esse. Sępissime enim constitutum est, natalibus[l]

a ¶ Libera. puta meretrice.

b ¶ Sufficit. Quantũ ad conditionem: secus quantũ ad honores vt ff. de sena. l. filiã. & l. liberos. §. fin. & secus quo ad patriã, vt ff. ad mu. l. assumptio. §. filius. & ff. mand. l. si pcuratoré. & ff. pro soc. l. si id quod. §. si filius. ff. de nego. gest. sed an vltro.

c ¶ Calamitas. quasi cadamitas: † qa iterũ fuit facta ancilla: & sic quodã modo rursus cadit in seruitutem.

† Hic accipit͛ p infortunio.

§ Y L. ¶ Adde: quod do. assignant rõné quia ius iã quæsitũ nõ debet tolli: sꝫ est necessariũ declararĩ vt dixi s. in casu. * Tu dic, ꝙ ratio est, qa nullus debet alterius odio prægranari. l. non debet. de regu. iu. puniret͛ enim partus sine culpa, quod esse non debet. c. sine. de reg. iu. in vj.

† Et sic spectatur initiũ, facit ca. ij. cũ gl. sup ∗bo conceptio. extra q fi. sunt le.

d ¶ liberam matrem. Facit ad hoc, C. si man. ita fu. vt ma. l. si iusta.

* ¶ Adde aliud seruari vbi agit͛ d̃ patria potestate, vt ẽ tex. & ibi not. glo. in §. pe. j. qb⁹ mo. ius pa po. sol. rõné aũt diuersitatis ponit ibi Aldo. i figuratione cas⁹.

e ¶ Vel. pro saltem. Accur.

* Sic j. tit. ij. §. licet. vers. valde. Exponi quoq; potest pro etiam, vt & j. titu. j. §. serui. ibi, vel in transitu.

f ¶ Medio tempore. ff. de acqui. re. do. l. adeo. §. cum quis.

§ Y L. ¶ Cum autem. ¶ Diuiditur in duas partes. In prima ponit dictum, in secunda rationem. ij. ibi, sępissime.

* ¶ Casus Natus est aliquis ingenuus, qui modo reperit͛ in statu seruitutis de facto & iniuste, q̃rit͛ vtrũ si manumittat͛, libertinæ cõdõnis efficiat͛: & videret͛ ꝙ sic, qa p manumissioné libertini efficiuntur; vt. j. tit. j. in prin. & iste patiẽdo se manumitti, vr̃ quodammodo seruitutẽ hmõi approbare. l. illud. ff. de acqui. hered. at tñ rñdet͛ contrarium, quia is nõ ṽe erat seruus; sed de facto in seruitute detinebatur: vnde eius igenuitati nõ potuit obesse talis manumissio, quę re vera non est manumissio, cũ ille esset liber, sed potius remotio iugi. & libertatis ipsi⁹ declaratio. Not. ꝙ manumissio de facto facta nõ nocet igenuitati, Itẽ ꝙ nõ sufficit aliqd d̃ facto fieri vt sequat͛ effect⁹ iuris.]

† al's Marcellus.

g ¶ Cum autẽ. s. dixit qualiter cõtingat ingenuitas, nunc qualiter perseueret.

h ¶ Non officit. Nisi post manumissioné talẽ quinquennio steterit, vt ff. si lib. inge. esse dic. l. ij. sed illud hodie correctũ ẽ, vt hic, & C. vbi cã sta. agi debe. l. fi.

i ¶ In seruitute. i. in statu serui.

* Not. ꝙ aliud est seruũ esse, aliud eẽ in seruitute. sic aliud ẽ possidere, aliud eẽ in possessione l. si qs ante. ff de acq. poss.

K ¶ Manumissum. scilicet de facto.

l ¶ Natalibus, i. ingenuitati, quæ probatur p natales. Erant autẽ natales scripturæ cũ annis dñi & pconizatę, q̃ dicebãt, Luciũ eẽ natũ & ingenuũ: & deinceps sic erat, nisi tũc cõtradiceret͛ vnde & in legendis sanctorũ intitulatur natale sancti Nicolai qñ moritur, quasi tunc nascatur nunq̃ moriturus: & scribuntur

Scriptura pconizata facit fidem apd omnes.

gesta in vita. Vel dic, q; natale appellat prima natiuitas, quæ est de iure naturali, & omnē hominem dicit esse liberum: vnde dicitur, seruus iste restituit natalibus. i. illi libertati, quā habet de iure naturali.

ff. de nat. rest. l. ii. & ff. de sta. homi. l. Imperator.

SYL. ¶ Adde, q; vocat natales statum illum hominis, in quo natus est.]

a ¶ Officere. Nisi vendiderit sese, vt s. ti.i. §. pe. tunc enim non redit in statum primum, vt ff. de sta. homi. homo liber. quæ est contra.

SYL. ¶ Adde rationē esse propter semel eius voluntate abdicatam libertatem, & qa vere erat seruus.]

nō officere [a] manumissionem.

¶ De libertinis.

¶ Libertinus is est qui manumittitur: & manumissio est datio libertatis, sie dicta à manu i. potestate qua liberatur, iure g. inuēta: quo tria hominum genera esse cœperunt vbi prius vnū erat.

Cōtinuatio. Diuisio. ¶ De libertinis. ¶ Hic ponitur secunda pars diuisiōis positæ in tex. s. tit. ii. §. fi. & ista est cōtinuatio huius rubricę. Arc.



Ibertini. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primo ponit qui sunt libertini. Secundo quid sit manumissio. Tertio quot modis serui manumittantur. Quarto q; serui inuiti possūt manumitti. Quinto qualiter de iure antiquo status libertinorum erat tripartit⁹, & correctiones status libertinorum. Secunda ibi, Manumissio. Tertia ibi, Multis. Quarta ibi, Serui vero. Vltima ibi, Libertinorum.


SYL. ¶ Libertini. Casus non figuratur, quia diffiniendo & declarando procedit. No. qui sint libertini. Itē quid sit manumissio. Item quod manus idem importat quod potestas: & quod seruitus, & manumissio fuit inuentio iurisgentium. item q; priuatio præsupponit habitum, & q; nihil pōt esse prius in priuatione, quin sit in habitu: & q; quicquid est cā causæ, est causa causati. Item q; infirmis est op⁹ medela: & q; quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. Itē q; iure naturali vnicū erat genus hominum, iure gentium tria: quod vide in tex.]

b ¶ Ex iusta, idest vera.

¶ Adde fm doc. hanc esse veram expositionē, quia si non sit vera seruitus, efficeretur ingenuus. §. fi. s. titu.i.] sic ecōtra, vt j. tit.i. §. semel. vel iusta, quia adeo iuste fuierunt dño, vt meruerint manumitti. Vel dic iusta, quia est de iure gentiū, vt s titu.ii. §. seruitus. & ff. de iusti. & iu.l. manumissiones.

SYL.

h. d. ex l. libertini. ff. de statu ho. & l. manumissiones. ff. de iusti. & iur.



Ibertini sunt qui ex iusta [b] seruitute [c] manumissi sūt. ¶ Manumissio autem est † datio [d] libertatis. Nā quandiu aliquis in ser-

† alias de manu datio.

c ¶ Seruitute. Et huius manumissi filius est ingenuus, vt s. tit. j. in prin. licet Grāmatici dicant eum libertinū; sed & manumissum † libertum dicunt.

¶ Adde, q; glo. æquiuocat: fuit enī olim dña inter libertum & libertinum: quia libertinum vocabāt nō manumissum, sed eius filium ingenuum, vt decl. Budæus in l. fi. ff. de sena. in Annot. quāuis hodie pro eodē supponāt: sed differunt respectu correlationis: nam libertus dr̄ respectu patroni, libertinus respectu ingenui, vt declarat Vall. lib. iiii.]

† al libertinum. SYL.

d ¶ Datio. idest detectio, secundum Ir. sic ff. de acquir. re. dom. l. adeo. §. cum quis. in fi. Vel dic secundum Pla. Ioan. & Azo. q; dat libertatem, quam prius ille seruus non habebat: aliàs, idest si diceremus dari illam, quam ante habebat, non diceretur dari, vt infra de act. §. sic itaq; Sed opponitur: aut quam habebat, ei dabat: & sic illi quidem nulla remanet, cum non habebat nisi vnam: aut quam non habebat, quod est absurdum. Sed dic, q; dat quam nō habebat: & hoc plerunque contingit, q; quis dat quod nō habet, vt infra qui. ali. lic. §. i. & ff. de vsufru. l. quod nostrum. & ff. de acqui. re. do. l. non est.

¶ Adde

S Y L. ¶ Adde q̃ est vera ratio: nec ex hoc manumittens dicitur dare aliud quàm habeat, sed bene aliter quàm habeat, sicut in l. quod nostrum. ff. de vsufru. habens causalem vsumfructū concedit formalem. Ita creditor, qui habet ius obligationis, dat liberationem.
* Sed pro recta intelligentia huius diffinitionis videnda sunt q̃ hic ĩ Annota. & Cōmentarijs scripsi.]
¶ Adde, q̃ Festus deducere videt verbum manumissionis à manu mēbro, quia scilicet dominus seruū manumissur⁹ ei⁹ caput, aut aliud membrū manu tenebat, dicēs: hūc hominem liberum esse volo, atque ita eum manu sua emittebat.

homines reducant libertatis, intra maxime fauerūt in modo relinquendi & dādi, voluerūtq; iurisdictione volūtaria expediri, ideo in quolibet loco & tēpore potest expediri & tribui. Not. q̃ datio libertatis est act⁹ pius: aliàs enim non posset fieri in ecclesia. Not. modos dandi libertatē, inter quos quæ datur per epistolam, & per cōsequens & per nūcium, quia sunt pacificata aliq̃d per epistolam vel per nūciū dari. l. j. ff. de cōtrahē. emp. secus p̃ procuratorē: rationē assignant hic doct. Item q̃ in quocunque loco & tēpore pōt exerceri actus voluntariæ iurisdictionis.

uitute est, manui & [a] potestati [b] suppositus est: & manumissus liberatur à † domini potestate. Quæ res [c] à iure gētium originem sumpsit, vtpote cū iure naturali omnes homines liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cū seruitus eēt incognita. Sed postquam iure gētium seruitus ingenuitatem inuasit, secutū est beneficium manumissionis: & cū vno communi nomine omnes homines appellarētur, iure gētiū tria hominū genera [d] esse cœperūt: liberi, & his ꝯtrariū serui, & tertiū gen⁹ libertini, q̃ desierāt esse serui.

† al. nō est dñi.

¶ Serui ex qualibet volūtate, & vbilibet manumittūt. h. d.

¶ Multis autē modis manumissio ꝓcedit: † aut ex sacris constitutiōibus in sacrosanctis eccl'iis, [e] aut † vindicta, [f] aut īter amicos, [g] aut p̃

† alias Aut n. ex sacris cō stitutiōibus in sacrosanctis ecclesijs

† alias vindicta. Vindicta qd sit.

a ¶ Et pro idest.
b ¶ Potestati. ff. de iusti. & iur. l. manumissiones.
c ¶ Quæ res. idest manumissio.
d ¶ Tria genera. Si erat vnum, & addita sunt tria, ergo sunt quatuor? Respon. non sequitur: nam si habes tres filios, & nascatur hodie vnus, incipis habere quatuor, & prius habebas tres, ergo septem: quod falsum est: quia quod primo erat computatur in sequentem numerum: sic ff. quemad. serui. amit. l. j.

S Y L. ¶ Multis autem. Casus. Quæsitum fuit cognito quid est manumissio, an p̃ quālibet voluntatē & vbilibet concedi posset: & dubium faciebat, quia cum libertas inæstimabilis res sit. l. ij. §. ij. ff. ad l. rho. de iac. videbatur ꝑpenso iudicio tribuenda: cuius tamen contrarium ea rōne decidit, quia vt ad statū pristinum

e ¶ Ecclesijs. s. sub aspectu populi, & antistitis, & interueniente qualicunq; scriptura vice actorum, vt C. de ijs qui in eccle. manu. l. j. & ij.
f ¶ Vindicta. i. causa cognita corā pretore: qua tantūmodo poterat antiquitus maior, xx. annis manumittere, vt j. tit. j. §. eadem. quæ ideo dicit dari vindicta, quia Vindex quidā, seruus Vitelliorū, primo sic fuit manumissus. ff. de ori. iu. l. ij. §. initiū. & § & cum placuisset. Vel (vt quidam dicunt) s̃m Boetium: vindicta erat virga pretoris, qua ter percutiebatur manumissus, & dicebat prætor ter, Aio te liberum esse more quiritū. ar. C. si aduer. li. l. ij. ibi vindi. &c.

† vi. l. l. ii. ij.

* ¶ Quæ solennitates adhiberent olim in manumissione, quæ fiebat vindicta, & q̃ efficax esset p̃ter alias manumissio nū spēs, videto hic nostros Commen.
g ¶ Inter amicos. † Et in hoc & sequēti casu

† Hoc vo- iū ĩ vltima volū- S Y L. rate, nā inter viuos fuit ciūt dno. Ioā. Fab.

epistolam, aut per testamentum, aut per aliã quãlibet [a] vltimã voluntatẽ, Sed & alijs [b] multis modis libertas seruo cõpetere potest, qui [c] tam ex veteribus [d] quàm ex nostris [e] cõstitutionibus ĩtroducti sunt. ¶ Serui [f] vero à dominis semper manumitti solẽt: adeo vt vel in trãsitu [g] manumittãtur: veluti cũ prætor, aut præses, aut proconsul, in balneum [h] vel in theatrum [i] eunt.

¶ Libertinorũ hodie vna cõditio est, sublatis antiqs differẽtiis latinorum & dedititiorũ. hoc dicit.

casu necessarij sunt quinque testes, vt C. de lat. li. tollen. l. j. §. sancimus. & §. sed & si quis.

a ¶ Quãlibet. vt in codicillis, vel in testamẽto minus soléni: quia valet inter patrem & filios vt C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto

SYL. *Intelligesimpliciter de codicillis & qualibet vltima volũtate perfecta, nõ autẽ impfecta: nã quãuis testamẽtũ minus solẽne valeat inter patrem & filium, tñ quoad extraneum nulli9 est momenti. d. §. ex imperfecto.]

b ¶ Sed & alijs. præter supradictos.

c ¶ Qui. scilicet modi.

d ¶ Ex veteribus. s. ex legibus aliorum Imperatorum, vt C. quib9 ex caussis ser. pro pre. liber. ac per totum † Accur.

† Et l. cũ precũ. C. de libe. cau. e ¶ Nostris. vt C. cõia de manu. l. fi. & in auth. de man. prin. § ij. coll. iij. & in authen. de mo. §. ij. coll. j. †

† Et l. j. C de lat. lib. toll. f ¶ Serui. q d. quandocunq; etiam inuiti, vt C. de testa. manumis. l. fi. §. sin vero quidã. licet secus sit in filijs, vt in auth. qb. mod. nat. ef. sui. §. generaľr. coll. vij.

g ¶ Transitu. i. dum transit: & est ratio, quia sine eo fieri poterat.

SYL. ¶ Adde, q̧ hæc gl. no. pro sing. ad hoc, vt vbi nõ requirit̃ pręsentia iudicis, si interueniat incõpetẽs & minus lrĩme, nõ obstet. vid Ias. i l. ij. i v. co. ff. d iu om. iu. Et gñaľr ex hac gl. no. q̧ vbi qd nõ ẽ necessariũ, si id fiat min9 recte, nõ iõ actus vitiat̃, Ias. j. de act. §. j. col. xxv. ver. Nomẽ aũt actiõis] vñ aliud ẽ qñ manumissio ñ poterat fieri sine Prętore, vt j. ti j. §. ea. Itẽ aliud ẽ i cõtẽtiosa iurisdõne, q̧ s. redditʼ in inuitũ, † vt ff. d uer. obli. inter stipulantẽ. § j. & C. de dila. a procedente.

† Hoc reprobat Ias. qa ẽt manumissio redditur in inuitũ, & mittit ad not. per Bartol. & Bal. i l 2. ff de off. pcon. de sendit in hic a Syl.

h In balneũ. Tũc n. videbatʼ non valere: qa p̧ gaudio quodlibet cõcederet.

i ¶ In theatrum. s. in locum ubi homines stant ad videndũ: & dicitur à theo; quod est video: & idem multo magis, si alio quocunque vadat.

Aldob. § Cõmẽtario, quẽ ad hunc lib. cõposuit.

¶ Libertinorum. ¶ Iste. §. diuiditur in sex partes. Primo tãgit qualiter status libertinorum erat tripartit9 olim. Secũdo qualr redact9 est ad vnũ, cũ correctione facta p eũ. Tertio id, qd gñaliter dixerat, specificat ĩ dedititijs q fuerunt expulsi. Quarto de latinis. Quinto qualr oẽs libertos reduxit ad vnum genus. Sexto q̧ alijs ẽt modis serui efficiunt̃ liberi. Secunda ibi, Sed dedititiorũ, Tertia ibi, Et dedititios. Quarta ibi, Latinos. Quinta ibi, Et omnes. Sexta ibi, Multus. Arc.

¶ Casus. non ponitur: quia non cadit, cũ referat suam correctionem & reductionem libertinorũ ad unã speciẽ: sed loco casus referã aliquantisper clarius qui essent latini & dedititij: & Caius lib. j. Insti. eo. ti. declarat sub his verbis. Liberti aut ciues Romani sunt, aut latini, aut dedititij. Ciues Roma. sunt, qui his tribus modis. i. testamento, in ecclesia, aut ante consulem fuerunt manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittunt̃. Dedititij vero sũt, qui post admissã crimina supplicijs subditi & publice p criminib9 cęsi sunt, aut in quorũ facie vel corpe q̃cunq; indicia aut igne aut ferro ĩpressa sunt, vt deleri nõ possint: hi si manumissi fuerint, dedititij appellant̃. Sed inter hęc tria genera libertorũ ideo ciues Rom. meliorẽ statum habent, quia & testamenta facere, & ex testamento quibuscunq; personis succedere possunt: nam & latini, & dedidititij, nec testamenta condere, nec sibi SYL.

ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt aliqua ratione vendicare: tamen latini certis rebus priuilegia ciuium Rom. libertorum consequuntur: dedititij vero nulla ratione possunt ad ciuium Ro. libertorum beneficium peruenire: nam latini patronorum beneficio. i. si iterū ab ipsis aut testamento, aut in ecclesia, aut ante consulē manumittātur, ciuium Ro. priuilegia cōsequūtur. hæc ille. Nota statum libertinorum antea tripartitum. Item ꝙ non vsus tollit. l. Itē quòd non frequentatio l. non tollit. l. qa hic fuit necessaria derogatio vt sequitur. Item quòd ab initio vna erat libertas. Item ibi, & omnem, quòd sublato principali tollūtur accessoria, & quę ab eo pendent. Item quòd quis uere potest fieri ciuis, quam uis non sit]

quàm latini, vt infra de suc. li. §. fi. ¶ Adde, ꝙ aliter dicit & declarat Caius lib. j. Insti. tit. j. vt dixi in casu & copiosius in Commenta. S Y L.

ADDITIO. Facit l. j. §. illud. C. de lati. lib. tollen. Ange.

† i. plenā & oib' nu meris ab solu am. sic & ī su. fta volun tas infra de testa. in princ. & iusta vxor. l. si vxor. de adult. & iustę nu ptiæ, infra de nupt. in prin.

†De. l. Iu nia Norbana vid hoc loco anno. Al dobran.

¶ Libertinorū [a] autem status tripartitus antea fuerat. Nā qui manumittebant; modo [b] maiorem & iustā † libertatem consequebantur, & fiebant ciues Romani, modo minorem, [c] & latini ex lege † Iunia Norbana fiebant: modo inferiorē, & fiebāt ex lege † Aelia Sētia de dedititiorū [d] numero. Sed quoniam † dedititiorum quidē pessima conditio iam ex multis temporibus in desuetudinē abierat, Latinorū vero nomen nō frequentabat: ideoq; nostra pietas [e] omnia augere, & ī meliorem statū reducere desiderās duabus constitutionibus [f] hoc emendauit, & in pristinum statū reduxit: qa & à primis vrbis Romæ cunabulis vna atq; simplex libertas competebat, [g] idest eadem, quam habebat manumissor: nisi ꝙ scilicet libertinus [h] sit, ꝗ manumissor ingenuus.

* Adde, Latinos libertos sic fuisse dictos ad exemplū Latinorū populorū. nam vt illi deuicti à Rom. suis legib' relicti sunt, ac primum quidē ius ciuitatis Rom. non habuerunt, sed tantum spem illius adipiscē dę: ita & hi liberti non cōsequebant' cū libertate ciuitatem, sed ei' assequendæ spem, qd' eueniebat, si iterum à domino manumitterentur, vt ex Caio supra relatū fuit. At dedititij liberti appellati sunt ad similitudinē dedititiorum populorum. dedititij enim populi primū ij dicti sunt, qui cū defecissent, rursus victi sese dediderunt, & à victoribus Ro. infima quadam libertate donabantur, sed absq; vlla spe assequendæ ciuitatis Ro. quales fuerunt olim Gabij populi.

†De. l. Aelia Sētia eleganter Aldobr. hic ī suis Annot.

†De ddititijs vid Polic in Miscel c. lxxxiiij.

a ¶ Libertinorum. Idem erat de seruis, vt C. de nu. iu. quiri toll. l. j. § j.

b ¶ Modo idest aliquando.

c ¶ Minorem. i. mediam, ut ī. de ca. di. §. j. & ff. de auro & argen. leg. l. qui lancē, secundum Ioan.

d ¶ Dedititiorum numero, idest vocabantur dedititij: & erant inducti hac lege Aelia sentia, quæ & multa alia induxit. Et erant hi toto tēpore vitæ suę serui, & tunc fiebant liberi cum moriebātur: † quod prodērat, quia bona vt peculium à domino non occupabantur: sed in latinis aliter fiebat, vt colligitur hic, & ex eo, ꝙ minus habebant dedititij,

†Iris gl. seq Ang. hic.

e ¶ Pietas, i. nos qui sumus pij.

f ¶ Constitutionibus. vt C. de lati. lib. tol. l. j. & C. de ded. lib. tol. l. j.

g ¶ Competebat. Scilicet manumissis: secundum hoc nota tria tempora. i. primo & vltimo (. s. deinceps) idē iuris est: sed in medio hoc ius pessimum fuit in ductum. vt. ī. de suc. lib. §. vlt.

h ¶ Libertinus. Ex quo contingit multiplex effectus: † in primis circa obsequia les operas. s. quæ sunt in faciendo. vt de assurgendo, & seruiendo: siue in non fa ciendo

Liberti. nus quas opas dēt patrono.

† Vide cō similē & plenioré glo. in §. sed nřa. i ÿ. replea tur. infra de suc. lib. & l. vlt. C. de bo. lib.

numittit, licet manumissor īgenuus sit. Et dediritios[a] q dem per cōstitutionem nostram expulimus, quā promulgauimus inter nostras decisiones per quas, suggerēte nobis Triboniano, vio excelso, Quæstore nostro, antiqui iuris altercatiões[b] placauimus. Larinos autem Iunianos,[c] & omnē, quæ circa eos fuerat obseruantiā, alia constitutione per eiusdē Quæstoris suggestionem correximus, quæ inter imperiales radiat sanctiones. Et omnes[d] libertos, nullo nec ætatis manumissi, nec† domini manumissoris, nec in manumissionis modo discrimine[e] habito (sicut iā antea[f] obseruabatur) ciuitate Romana[g] † decorauimus:[h] multis modis additis,[i] p quos possit liber-

clendo, vt de non uocando in ius: quæ ipsa natura patrono debentur etiam sine impositione, vt C de in ius voc. l. venia & ff. de cond. inde. si non sortem. §. libertus. & si vocauerit in ius patronū sine venia, punitur ī quinquaginta aureis. ff. de ī ius vocā l. pen & vlt. qui aurei accipiunt qui libet pro vno solido, vt. j. de pœn. teme. litigan. §. fin. Et ex his iuribus sumitur argumentum, † q aureus pro solido accipitur ī iure nostro, ex quo p eodem delicto tales sentētiæ promulgant. Et eędem intelligunt esse dandæ filio emancipato, si sine venia patrem in ius vocauerit, vt C. de in ius vocan. l. fina. Item contingit reuocatio in seruitutem propter offensam, vt C. de lib & eorum libe. l. si manumissus. & alia multa. Sed hodie hæc omnia tolluntur; præter ea, quæ ipsa natura debētur, vt in authēt. vt liber. de cęte §. j. coll. vj. quæ est contra. † Tu dic vt nota. in d. l. si manumissus.

¶ Adde, q hæc glo. reprobatur per doc. in l. fi. C. de bo. liber. vbi vide glo. quæ latius enumerat hæc, & alia beneficia patroni, & qualiter amittantur.]

† Vid Budaū. ī l. qua vulgo. ff. de gdi. edi.

† Sed hic reprobāt do hic ni

S Y L. si pron renūtiet expresse.

a ¶ Et dedititios Quod dixerat in genere, nunc per species ponit. Vel quod coniunctim dixerat, nunc diuidit:

b ¶ Altercationes. quas non habemus. Sed quare non erant serui, sicut illi qui penitus sunt serui, cum toto tempore vitæ suæ seruire cogerentur? Respondeo secundum Ioan. q erant liberi, licet seruire cogerētur, ut C. commu. de manu. l. j §. fin autem proprietarius.

Caſus non figuratur, quia ponitur mera declaratio terminorũ, quæ ſcilicet publica ſint. Ideo autem volunt ll. hęc remanere publica, qa nullum cõtrouertendi locũ hẽre videbat illorum communis vſus.] No. flumina & port' eſſe publica. Itẽ, q piſcãdi ius in eis omnibus cõmune ẽ. Itẽ, quid ſit littus.]
c ¶ Flumina autem omnia. Scilicet perpetua, vt Padus, & Rhenus: quædã enim ſunt priuata, vt foſſata in agris poſita, quæ creſcunt, & decreſcunt, quæ qñq; currunt, qñq; non, vt ff. de flumi. & ne qd in flumi. l. j. §. ij & ff. eo. nemo. in fi. Idẽ iuris eſt in foſſatis exiſtẽtibus inter fundũ & viã. nã & ea ſũt illorũ, quorũ ẽ fundus, cui ſunt contigua. Bar. in tract. Tiber. ver, agro. nu. vj.
d ¶ Omnibus. Nec qui fuit primo longo tempore piſcatus, aliũ ſuperuenientem repellere poteſt, vt ff. de vſucap. l fi, niſi forte ſpatio triginta ãnorum, vt ff. de diuer. & tempo. præſcrip. ſi quiſquã. Vel ſm Ioan. intellige hanc. l. ſi quisquã quando erat in poſſeſſione piſcandi.

SYL.

¶ Adde, q ſi volumus acquiri ius ex præſcriptione, & nõ acquirit: aut cõſuetudine, & acquirit; ita cõmuniter reſoluunt docto. de quo latiſſime vide Io. Frã. Balbũ in trac. pręſcrip. in vj. q. iiij. par. v. par. prin. col ccxv. niſi ſit p̃ſcriptio tãti tpis, cuius initij memoria in contrariũ non exiſtat. *Verior tñ eſt intellectus ad l. fi. quẽ ibi tradit Pau. de caſt. q qui ſolus pluribus annis piſcatus fuerat, tẽpore p̃hibitionis iam deſierat eſſe in quaſi poſſeſſione piſcãdi: hunc enim intellectum innuere videtur illa diſiũctiua (vel) quæ ſm Bal. in l. filiæ. C. de coll. diuerſitatẽ inducit eiſdem retentis terminis.]

ADDITIO: Et dicitur cõſtitui in poſſeſſione piſcãdi, quãdo iſte, qui primo piſcatus eſt, prohibuerat alios volentes accedere piſcatũ, & iſti prohibiti acquieuerant prohibitioni, nec cõtrauenerãt. Et hæc facit ad q. verũ ille, qui tenuerit molendinum p triginta annos ĩ aliquo flumine, poſſit alios p̃hibere, ne ibi molendinum habeant Chriſt.

ff. de ver. ſig.

¶ Flumina autem omnia,[c] & † portus, publica ſunt: ideoque ius piſcãdi omnibus [d] commune [e] eſt in portu fluminibuſque. † Eſt fautem littus maris, quaten' hybern' [g] fluctus maxim' excurrit.[h]

† Diſtinit i l. port. ff. de ver. ſign.

† ſ pu. alr ſecus. l. in iuriarũ. ĩ fi. ff. de in iu.

e ¶ Cõmune ideſt in cõmuni oĩb' patet nõ aũt ẽ cõmune, imnio publicũ, ſm Io.
f ¶ Eſt autem littus. vt ff. de verb. ſigni. l. littus.
g ¶ Hibernus. ideſt hyemalis, q ſi vento vndę trahunt: quaſi dicat, quãtumcunq; mare aliquo tempore plus extenditur in hyeme, vel ęſtate, tantum eſt littus eius.
h ¶ Excurrit. hic continua quod eſt infra eo. §. littorum.

S Y L.

* ¶ Riparum. Caſum non expedit figurare, dubium tamen poterat facere, q exemplo littorum, quæ (vt dicitur in §. ſequen.) eiuſdẽ iuris ſunt quo ad vſum & proprietatem, cuius eſt mare, ripæ quoq; naturam fluminum etiam quo ad proprietatem ſequi deberẽt. Quo nõ obſtante dicitur, q vſus quidem riparũ publicus eſt, ſicut & fluminis, eo q aliàs vſus fluminis inutilis eſſet, niſi liceret ad ripam accedere. aliquo enim conceſſo intelliguntur cõceſſa eſſe omnia, ſine quibus illo vti non poſſemus. l. ij. ff. de iuriſd. om. iud. ſed proprietas earum illorum eſt, quorum prædiis adherent: cuius rei rationem reddit Bal. in l. riparum, ff. eo. quia & ſi ruant, vel aliter vitientur, ex eorũdem prædiis reficiendæ ſunt. l. ſi locus. in fin. ff quẽad. ſer. amit. * nam cuius eſt onus, eiuſdem & cõmodum

dum esse debet. c. qui sentit. de re. iur. lib. vj.] Nota summarium.]

a ¶ Riparum. idest fluminis.

* ¶ Discrimen ripæ, & littoris expressit etiam Ouid. lib. j. Metamor. cũ loquens de fluminib⁹ influẽtibus in mare, ait, Cãpoq; recepta, liberioris aq̃. pro ripis littora pulsant. Ripam autẽ diffinit Vlpia. l. j. de flumi. & neqd i flu. esse id, qd flumen cõtinet, naturalem rigorem cursus sui tenens.]

** Adde, q̃ cõfinia ripæ sũt à loco, quo primum à plano vergere ĩcipit vsq; ad aq̃. l. pe. ff. de flu. & ne qd in flu.]

† al's publicus est & iuris gẽtium. ** † facit l. fluminũ. ff. d dam. infect. in prin. † alias applicare

¶ Vsus riparum publicus est: proprietas vero illorũ est, quorum prædijs adhærẽt. hoc dicit. ex l. riparum. ff. eodẽ Aret.

¶ Riparum[a] quoq; vsus † publicus est iure gẽtium,[b] sicut † ipsius fluminis. Itaq; naues ad eas † appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in iis reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen nauigare. Sed proprietas earum[c] illorum[d] est, quorũ prædijs † adhærẽt:[e] qua de causa arbores quoque in eisdem[f] natæ, eorundem[g] sunt.

¶ Vsus littorum est publicus de iure gẽtium, sed proprietas eorum nullius est, sicut ipsius maris. Areti.

¶ Littorũ[h] quoq; vsus publicus[i] est &

b ¶ Iuregentium. i. de iure gẽtium: vel idest omnibus gentibus publice patet.

c ¶ Earum. scilicet riparum.

d ¶ illorum. s. hominum, quorum &c.

* ¶ Rationem reddit Aldo. in figuratione casus.]

e ¶ Adhærẽt. Sed quid si via publica est in medio inter flumen & agrum? Respon. idem quod hic, vt ff. de acqui. re. do. l. Martius.

** Idem de fossis existẽtibus inter viam publicam & agrum, secundum Veron. de serui rusti. præ. c. de ripa. Item declara hunc tex. vt licet riparum proprietas sit illorum, quorum prædiis adhærent, tamen non possunt disponere de ripis, sicut alij domini de re sua. quia vsus est publicus, & ideo deteriorare non possunt, arg. l. pen. & fi. ff. de vsu & hab.

f ¶ In eisdem. scilicet ripis.

g ¶ Eorundem. Sed quid si piscator vult ligare, dominus vult incidere? Videtur dominus præferẽdus, vt s. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. in fi. ibi, nec cuiquã &c.

& C. de iudę. nemo exterus. & ff. solu. matri. etiam. §. licet. Sed contra credo, vt ff. de vsu & ha. l. h. & de vsufru. si cuius. §. item Nerua. (al's est in l. equissimum. ¶ Et hæc verior ratione publicæ vtilitatis, si simul veniunt: secus si vn⁹ post aliũ, gl. in l. nemo. ff. eo. & declarat hic Christ. SYL.

¶ Littorum. Casus. Querebatur de littoribus, & eorũ vsu, cui⁹ iuris sint, & videbantur cõmunia, vt s. dictũ erat in §. j. Tamen cõtrariũ dicitur, q̃ immo eorũ vsus public⁹ est: & hoc est ex eo, quia ibi non loquit' de vsu sed de ipsa re, & de ipso mari, & littoribus. illa enim sunt communia; vsus vero eorum est publicus, prout declarant Bal. & Christoph hic. No. q̃ vsus littorum publicus est, sicut maris. Itẽ, q̃ licet ædificare, siccare retia, & huiusmodi. Item, q̃ proprietas littorum in nullius bonis est. Item, q̃ illud, quod est omnium, potest dici esse nullius.] † aliàs hærent SYL.

h ¶ Littorum Scilicet maris, vt sequit'.

i ¶ Publicus. s. eo. §. & quidem. ibi, & per hoc &c. contra. So. dicit Pla. omnia cõmunia esse publica. & ecõtra, scilicet ratione quorundam vsuum: vt ecce tã mare, quàm flumina, & littora, & ripæ, in vsu animantium sunt, & in bibendo, & in abluendo, & commorando, & similibus, quæ exigit natura: sed ius piscandi, quod in his est, solum cõpetit hominibus, & retia siccandi, & quædam similia: portus tamen dicit esse publicos, nõ communes. Sed Ioan. dicit nulla cõmunia esse publica, vel econtra. ea enim demum sunt cõmunia, quæ cum sunt in vsu omnium animantium, occupãtibus conce-

conceduntur: vt lapilli: & gemmæ in littore maris.vt.j.eo §.item lapilli.& ff. eo. item lapilli. Sed publica non solum nõ conceduntur occupanti, immo interdicta proponuntur, nequid in eis fiat, vt ff. nequid in loco publi. & de flumi. & aliis ubi. Præterea quomodo potest esse quod ait Pla. cũ in diuisione supra posita velut duæ spẽs oppositæ ponantur, communia, & publica, vt s. eo. in prin. & qd' dicit hic publicus. i. communis: vel publicus quo ad vsum, † cõmunis vero quo ad proprietatem.

† Als iure gentium.

† Als imponere

† l. dñiñ. fic istu §. interdõ. hoc.eo.ti

† Et tunc vera ẽ opi ni Pla vt SYL. cõia dicũ publica, sed ñ cõi a, nisi respectu quoad vsum.

† iurisgentium[a], sicut & ipsi[a] maris:[b] & ob id cuilibet liberũ est casam ibi † ponere, in quã se recipiat, sicut retia[c] siccare, & ex mari deducere. Proprietas † autem eorum[d] potest intelligi nullius[e] esse, sed eiusdem iuris eẽ, cuius & mare, & quę subiacet mari, terra, vel arena.

¶ Quæ sunt communia ciuitatum, dicuntur vniuersitatis hoc dicit, ex.l. intantum. §. vniuersitatis. ff. eo.

¶ Vniuersitatis[f] sũt non singulorum, † quæ ĩ ciuitatibus[g] sunt, theatra,[h] stadia,[i] & his similia,[k] & si qua alia[l] sunt cõmunia ciuitatũ.

¶ Et hæc opi. tenenda est: & sic opi. cuiuslibet in casu suo vera est, vt declarat hic Christo.]

a ¶ iurisgentium. i. de iure gentium.

b ¶ Maris. scilicet est

c ¶ Sicut retia. Hysteron proteron, idest ordo conuersus, vt ff. eo. riparum.

d ¶ Forum. scilicet littorum.

e ¶ Nullius, idest hominis singularis; omniũ autẽ sunt: & sic differt ab illo §. nullius. j. statim posito.

SYL. ¶ Vniuersitatis, casus non figuratur in positione declarationis seu descriptionis. si tamen vis formare, dic quòd ista videbantur publica, non vniuersitatis. l. inter publica. ff. de verbo. sign. quasi populica, idest illius populi. sed contrariũ dicitur, quòd immo sunt vniuersitatis, quia publicum in hac materia non capitur pro eo, quod est vnius populi, sed vniuersorũ populorũ, vt declarat glo. j. infra.eo.§.No. summa. Item no. quæ dicantur vniuersitatis.

f ¶ Vniuersitatis. Quæ etiã publica quãdoq; dicuntur, idest vnius populi, vt C. de sacrosan.eccle.l.fi.in prin. Sed aliter accipitur supra eo. §. flumina. nam loquitur ibi de illo, quod est publicũ omnium populorum.

g ¶ In ciuitatibus. Et ciuitatum sunt.

h ¶ Theatra. A theorando, idest inspiciendo, vt in arena Veronensi. — Theatrũ

SYL. ¶ Dic, quòd est dictum à θεάομαι hoc ẽ, video: latinę dici potest spectaculum.]

i ¶ Stadia. stadium est octaua pars milliarij, qd' Hercules currebat vno anhelitu, vt legitur in historiis. — Stadium. † alias velut quo

SYL. ¶ Hic accipitur pro loco, in quo homines, vel equi, ludorum causa currũt: quẽ Latini curriculum vocant. sic Cice. in Tuscu. In stadio Censores exclamant.]

K ¶ Similia. Quæ sunt ad delectationem populi, vt latæ viæ, & picturæ ĩ palatio.

l ¶ Et si qua alia. scilicet necessitatis causa facta, vt curia communis, palatium, nauigium: & sunt supradicta vniuersitatis dominio, & vsu. Sed Pla. dixit vsu tantum esse vniuersitatis: alia sunt quæ dominio & fructu sunt vniuersitatis, nõ vsu: vt fundi ciuitatis, & serui, vt ff. de in ius vo sed si hac §. qui manumittit. & ff. de verb sign.l inter publica. & de contrah.empt. sed Celsus § j.

ADDITIO. Dicite ex mente docto. hæc omnia dicũtur vniuersitatis & quo ad dominium, & quo ad vsum commu nem, vt hic, & l. sicut. §. j. ff. quod cuiusq; vniuer. Est tamẽ differẽtia inter res vniuersitatis: quia quædam vniuersitatis appellantur, & quo ad dominiũ & quo ad vsum communẽ, vt sunt theatra, & stadia. Quædam vero sunt vniuersitatis quo ad dominium, & quo ad vsum particularia, vt sunt prata vniuersitatis, ex quibus commodum percipitur in particulari: & ita dicunt doct. Christo.

¶ Nullius. ¶ Ista pars vsque ad §. singulorum. — Diuisio

lorum diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, quæ sunt in nullius bonis. Secundo ponit exemplum de rebus sacris. Tertio de religiosis. Quarto de sanctis rebus. Secunda ibi, Sacræ. Tertia ibi, Religiosū. Quarta ibi. Sanctæ, Et quamlibet partem summabo per se. Are.

a ¶ Nullius. Scilicet hominis, vel hominum, nec possunt esse: sed sunt in bonis Dei censura siue dispositione: & sic non obstat qđ posset dici de cōmunib⁹ & publicis reb⁹ vniuersitatū, quæ videntur nullius esse: quia esse possunt, & sunt hominū, licet non hominis singularis. Item contra infra eodem. §. feræ. So. vt ibi.

SYL. ¶ Sacræ res Casum non expedit figurare, quia sumus in declaratione terminorum, & litera clara est. Not. quid sit sacrum. Item, quòd sacra etiam imperialibus decretis prohibentur alienari, excepta causa redemptionis captiuorum. Item, quòd nemo sibi sacrū propria auctoritate cōstituit. Item, quòd locus, vbi est ecclesia, ea diruta, remanet sacer.]

b ¶ Sacræ. Pontifices, scilicet Papas, & episcopos. Sed nunquid Imperator dedicare potest? Videtur quòd sic, vt ff. eo. l. sacra. § j. vbi dedicat, idest potestatē dedicandi dat. nā olim Imperatores erant sacerdotes, vt in canonibus dicitur: † Vel dic dedicat, alij (supra episcopo) permittendo sine requisitione: vel concedit, scilicet requisitus.

† c. Cleros. § fō s. 21. distinct.

SYL. ¶ Vera solutio est, quòd loquitur secundum tempora antiqua; quādo potestas religionis non erat restricta ad Pontifices, vt hodie.]

c ¶ Ædes sacræ. Hic locus dicitur sacer, vt hic, & sanctus, vt C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. item religiosus, vt i. in authē. vt religiosæ domus.

¶ Ea, quæ sunt diuini iuris, in nulli⁹ bonis sunt. hoc dicit ex l. intantū. § sacræ. & l. j. § j. ff. eo. Angel.

¶ Nullius[a] autem sunt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ, qđ enim diuini iuris est, id nullius in bonis est.

¶ Res sacræ sunt, quæ rite per Pontifices Deo dedicatæ sunt, seu ad diuinū ministerium deputatæ: quæ non possunt nisi pro captiuis redimēdis alienari. h. d. ex l. intantum. § sacræ. ff. eo.

¶ Sacræ res sunt, quæ rite per Pontifices[b] Deo consecratæ sunt: veluti ędes sacræ,[c] & † dona,[d] quę rite ad ministerium Dei dedicata sunt: quæ etiam[e] per nostram constitutionem[f] alienari & obligari prohibuimus, excepta[g] causa redemptiōis captiuorū. Si quis autem auctoritate sua quasi sacrum sibi cōstituerit, sacrū nō est, sed ꝓfanū.[h]

d ¶ Et dona. (al's donaria) idest thuribula, & cruces, & calices. Accur.

† al. donaria.

e ¶ Quæ etiā, scilicet donaria: nō aūt referas ad ædes sacras: nā illæ nullo modo possunt alienari, vt in authen. de alie. & emphy. §. & quoniam cognouimus. coll. ix.

f ¶ Constitutionem, vt C. de sacrosanc. eccle. l. sancimus.

SYL. ¶ Dic tamen, quòd illa constitutio nihil valet: quia communiter concludunt doct. in c. ecclesia. S. Mariæ. de consti. q, etiam illæ ll. quæ in beneficiū ecclesiarum sunt factæ ab Imperatore; ex defectu potestatis non valent.

g ¶ Excepta. Nam homini animæ quibuslibet rebus præponendę sunt, vt C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. in fi. Item pp debitū. si quod hēt ecclesia, vt in authē. de alie. & emph. §. hoc autem sup ipsis. coll. ix Item propter alimēta pauperum vt xij. q. ij. c. aurum habet ecclesia.

Sacræ res aliqñ alienari pñt.

SYL. ¶ Vide tex. in authen. hoc ius porrectū. C. de sacrosan. eccle. & ibi doct.

* ¶ Adde, quòd tradit hic, licere pro redemptione captiuorum alienare donaria ad ministerium Dei deputata, extendi per doct. etiā ad carcere inclusos pp delicta: quod atestatur Crot. in repeti. l. si constante col. xviij ff. solu. matr.

K ¶ Profanum. id est non sacrum.

Sacer-

¶ Locus autem, in quo ędes sacrę sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, sacer adhuc manet, vt & Papinia. scripsit. †

¶ Religiosus locus fit ex mortui illatione: fieri autem non potest nolente domino, vel habente ius cõmunis ꝓprietatis vel vsusfructus: sufficit autem semel cõsensisse. hoc dicit ex. l. in tantum. §. religiosum. ff. eodem.

¶ Religiosum locũ vnusquisque [b] sua voluntate facit, dũ mortuũ [c] infert in locũ suum. In communem autem locum purum [d] inuito socio inferre [e] nõ licet In commune vero sepulchrũ etiã inuitis [f] † cæteris licet inferre. Item si

Locus de nouo esse desinit duplr.

a ¶ Sacer adhuc manet. desinit tamen esse sacer, si ab hostibus capiatur, vt infra de inuti. stipul. § j. & ff. de reli. cum loca. Item locus esse religiosus definit, quando ea remouentur, quæ talem eum reddebant, vt ff. eo. sacra. §. illud. & de reli. l. antepen. in fin.

SYL.

¶ Religiosum. Caius. figuratio non esset necessaria in declaratione termini: * si tamen vis ponere, dic, ꝙ primi responsi poterat esse dubitandi ratio, quòd in §. præce. vidim⁹ res sacras priuatorũ auctoritate constitui non posse: at diuersum statuitur in religiosis, propterea ꝙ tũc minus afficit locus, q̃ cum efficitur sacer, idque ex regu. l. in re mandata. C. mand.] & dum dicitur, quòd inuito socio non potest inferri in communem locum vel alienum, quamuis sepulchro communi quis inuito socio vti possit: ratio dubitandi erat fauor religionis, & quòd satis erat solui pretium loci. Videmus enim aliàs fauore religionis quem ita astringi. l. fi. §. j. C. de com. ser. manu. & ibi Bal. sed contrarium dicitur, quia non debet vni per alium iniqua conditio inferri. l. non debet. ff. de regu. iur. nec astringi quis ad vendendum. l. nec emere. C. de iure delib. & sine facto nostro nostra à nobis non abdicantur. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. * res enim religiosa (vt dictum est) nullius in bonis est. In commune autem sepulchrum idcirco etiam inuito socio licet inferre, quia cum iam locus sit religiosus, non debeo prohiberi vti re communi ad vsum destinatũ, veluti re mea. vltimi autem respõsi illa est ratio, quia volenti nõ fit iniuria neque dolus. l. nemo videtur. de regu. iur.]

† in l. & de ff. de cõ. emptio.

No. quæ dicuntur in summario.

b ¶ Vnusquisque. Aliud in sacro, vt supra eodem. §. sacræ.

SYL. ¶ Nunquid autem secundum canones hoc dicatur religiosum? dic quod nõ, vt dicit Dec. in c. quanto col. pe. de iud. vbi alios refert.]

c ¶ Mortuum. scilicet totum † vel saltẽ caput, cui⁹ imagine cognoscimur, vt ff. de relig. cum in diuersis. Quid si partialr caput est in diuersis locis? Respon. illum eẽ religiosum vbi est maior pars, vt arg. ff. de statu ho. l. quæritur. & infra de vul. sub. § & si ex disparibus. Si autem æqualiter, neuter: secundum Io.

† Non tñ fundũ totum, sed locũ cadaueris solũ efficit religiosum Ang.

† Cõcor. c. cũ ol[illegible] gl j. post medium, ibi, nisi rẽ concedãt. extra de conse.

ADDITIO. Et nota ꝙ si pars anterior appareat, illa tanquam nobilior inspicitur, ar. l. quod conclaue. ff. de dam. infec. Ang. * sed verior est ratio, quia inde cognoscitur cuiusque imago. d. l. cum in diuersis. Syl.

Locus purus qs est.

d ¶ Locum purum. i. qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus est ff. de relig. & sump fun. l. ij. §. purus autem.

e ¶ Inferre non licet. Extraneos: nam ipse socius recte ibi sepeliri potest, etiã sine consensu cæterorum: maxime cum non est alius locus, in quo sepeliatur, vt ff. de relig. & sump. fun. l. si plures.

f ¶ Inuitis. Hoc fauore religionis iã facte, aliàs contra, vt s. proxi. §. & ff. commu. diui. l. Sabinus.

ADDITIO. Hoc non videtur verum: & glo. melius soluit in d. l. Sabinus. Vnde dic latius, ꝙ aut socius vult vti, facere, seu reficere in re cõmuni ad eum vsum ad quem parata est, & potest alio prohibente, aut ad vsum, ad quem res parata non est, & tũc subdistingue: quia aut interest prohibentis non vti, & est melior

conditio

conditio prohibentis: aut non interest: & tunc melior est conditio facientis; Ioan. Fab. post Dy. in regula, in re communi de reg. iur. lib. vj.

alienus vsusfructus[a] est, proprietarium[b] placet, (nisi consentiente[c] vsufructuario) locum religiosum non facere. In alienum locum cõsentiẽte domino licet inferre: & licet postea ratum non habuerit, quàm illatus est mortuus; tamẽ locus religiosus fit.

¶ **Res sanctæ sunt portæ & muri ciui-**

a ¶ Vsusfructus. scilicet loci puri; argu. ff. de vsu & hab. l. fi.

b ¶ Proprietarium. Nisi consentiat fructuarius: vel nisi testatorem, q vsumfructum legauit, velit sepelire hæres, vt. ff. de relig. l. ij. §. si vsumfructum.

c ¶ Cõsentiente. Quid si primo consensit, post pœnituit añ illationẽ? Respon. sufficit semel voluisse, vt. ff. de aqua plu. arcen. l. in diem &. j. proximo respon.

*¶ Adde, in tex. ibi, Ratum non habuerit, expungendam esse negationem: idq; ex Pandectis Florentinis, & Theophilo hic manifeste probat Ant. August. lib. j. Emenda. c. ij. sensus autem erit, locum religiosum fieri, quamuis non concedẽte domino illatus sit mortuus, si modo postea id ratum habuerit: nam in maleficiis quoque ratihabitio mandato comparatur. l. hoc iure de reg. iur.

¶ Sanctæ. Casus. Quærebatur quid sanctum diceretur & respõdet Imperator, quòd portæ & mœnia ciuitatis: cuius cõtrarium videbatur: quia non videbantur ea esse in bonis nullius, sed publica; sicut viæ, theatrum, & similia, seu magis vniuersitatis. contrarium tamen dicitur ex ratione assignata in tex. * non quidem abnegando quin sint vniuersitatis vel publica: sed quia addita est his alia qualitas, quòd sanctione quadã firmata sunt, idcirco sancta dicuntur; exemplo earum partium legum. quæ sanctiones appellantur.] No. quæ dicantur res sanctæ, & quare. Item, quòd valet argumentum ab allusione vocabuli. Item, q pœna capitalis est in transcendente muros ciuitatis Romanæ. Itẽ, quæ propriè dicantur sanctiones: quam quidem deriuationem approbat etiam Macrob.

tatũ, quasi pęna legali firmati. Item leges pœnales propriè vocantur sanctiones. hoc. d. cxl. sanctum. & l. sacra ff. eo. Ang.

¶ Sãctæ † quoq; res veluti muri[d] & portæ ciuitatis, quodãmodo diuini iuris sunt: & ideo nullius in bonis sunt. Ideo autem muros sanctos[e] dicimus quia pœna capitis

lib. iij. Saturna. c. iij. quid autem & vnde dicat sanctum, docet Bud. in titu. ff. eo. in suis annota.* vt autẽ rectè percipiatur qd sit sanctio, sciendum est olim moris fuisse, cum aliqua l. rogabat, & in scriptis redigebatur, vt postea quã apposuissent omnia legis capita, in extrema parte adderẽt quoddam aliud caput, quod sanctionem vocabant, in quo pœna aduersus illos statuebatur, qui contra capita suprascripta fecissent.]

d ¶ Muri. scilicet ciuitatis Romanæ.

¶ Et tunc est pœna capitis. l. fi. ff. eodem. & ibi nota.] SYL.

* ¶ Adde, quòd vetus lex Romuli fuit his verbis. Mœnia sacrosancta sunto: quam videtur Cice. significasse lib. xj. de natu. Deo cum ait, muros à Pontificibus habitos esse sanctos, quos violare nefas esset. Sane, licet Iustinianus dicat & portas sanctas esse, olim tamen sanctas non fuisse, sicuti muros, liquet ex Plut in Problema. qui plures huius differentiæ caussas recenset.

¶ Quid de ciuitate alia, vel castro? Respon. nec ibi quicquam facere licet sine auctoritate Præsidis, vt ff. eo. sacra. §. muros. † Vel forte vniuersitati licet, nõ priuato, vt C. de ope. pub. l. omnes.

¶ In tali casu punitur extra ordinem arbitrio iudicis. l. j. in fin. ff. ne quid in lo. sacro.

e ¶ Sanctos, idest firmos, à sancio sancis

a

*

† ad hunc § vide Bud in Annotat. ad Pande. in l. j. in prin. de iust. & iu. vbi agit de verbo sanctum.

† Adde, l. sanctu. § vlt. eo. ti.

non calce vel lapidibus, sed lege firmatos, vt sequitur.

a ¶ Deliquerint. scilicet transcendendo, vel rumpendo: sicut fecit Remus frater Romuli, vt hic, & ff. eo. l. fi. vnde Lucanus: Fraterno primi madue runt sanguine muri.

b ¶ Constitui mus, vt C. de le. & con. l. nō dubiū. Accu.

* ¶ Declara, vt docui in figuratione casus: nihil enī facit. l. nō dubium. ad verum ītellectū huius loci.

c ¶ Sāctiones. in strictasignificatiōe. Quādoq; ponitur largius pro qualibet imperia li lege, vt C. de no. co. fa. §. quibus. ibi, colligētes vero &c. Quandoque largissime pro collectione totius iuris ciuilis, vt in proœ. ff. in prin.

Lucan*. SYL.

cōstituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint.[a] ideo & legū eas partes, quibus pœnas cōstituimus[b] aduersus eos, qui contra leges fecerint, sanctiones [c] vocamus.

¶ Res fiunt nostræ aut iure naturali, aut iure ciuili: & à vetustiori inchoandum est. hoc dicit ex l. j. ff. de acquir. re. do. Angelus.

¶ Singulorum autem hominū multis modis res fiunt. Quarūdam enim rerū dominiū nanciscimur iure naturali, quod (sicut diximus[d]) appellatur ius gentium, quarūdā vero iure ciuili.[e] Cōmodius est itaque à vetustiore[f] iure incipere. Palam est autem vetustius esse ius naturale, quod cū ipso genere humano rerū natura[g] pdidit.[h]

Divisio. ¶ Singulorum Ista est secūda pars principalis huius tituli, quæ diuiditur in quinque partes principales. Primo, qualiter acquiruntur nobis res, quæ in nullius bonis sunt. Secundo, qualiter acquiruntur ea, quæ sunt alterius, ex facto nostro, ex permistione, vel fabricatione. Tertio, quando vsufructuarius, vel bonæ fidei possessor facit fructus suos, & quid contineatur appellatione fructuū. Quarto ponit vnum casum exceptiuū à prima parte: videlicet quòd ea, quæ sunt in nullius bonis, non tamen in totum efficiuntur occupantis. Quinto quando per traditionem vel non in personam certam vel incertam dominium transfertur. Secunda ibi in §. Cum ex aliena materia. Tertia ibi, Siquis autē. Quarta ibi, in §. Thesauros. Quinta ibi in §. Per traditionem. Ang.

SYL. ¶ Casus non figuratur in diuisione. No. quòd appellatione multorum, veniunt duo, secundum communem intellectū. Item, quòd ius gentium appellatur ius naturale. Item, quòd ius gentium est antiquius iure ciuili. Item, quòd à vetustiori inchoandū est. Itē, quòd iusgen. productum est cum ipso gñe humano à natura. Itē, qñ iura ciuilia locum & principium habuere. Itē, ibi ll. scribi cœperunt, quod ad substātiam l. nō requiritur scriptura: sed tamē hic tex. probat cōtrariū. quia etiā magistratus creari cœperunt, qui ante nō erāt: ergo ll. scribi, quæ ante nō erāt, non dico scriptura, sed ipsæ ll. & ita intelligit Deci. in rub. de consti. in iij. col. Tamen hic tex. potest optime probare vtrunque intellectum.]

d ¶ Diximus. Sed vbi? Respon. supra de iure natura §. j. ibi, quod vero naturalis. Vel s. de iure natu. §. sed naturalia. Vel melius s. eo. § & quidem.

* ¶ Vltima opi verior est: nam nec in §. quod vero. nec in §. sed naturalia. ius naturale appellatur ius gentium, sicut in §. & quidem.] SYL.

e ¶ Iure ciuili. Vt vsucapione, arrogatione, successione, deportatione, monachatione, de quibus incipiet dicere, infra de vsucap.

* Adde gl. in ver. nostræ. l. j. ff. de acqui. re. dom. & Bar. in l. in rem. in prin. ff. de rei vendi. Et quibus modis probetur dominium, docet ampliter. Ias. j. de actio. §. j. col. xiij.

f ¶ Vetustiore. sic ff. de iur. immu. l. sp.

g ¶ Rerum natura, i. est Deus.

h ¶ Prodidit. idest statum cū procreauit

Deus gentes, statim fuit iurisgentium.

XL. * ¶ Adde, quod prodit hoc loco exponendum est pro dedit, & in esse emisit, sicut infra si quad. pau. fe. di. prodita actio dicitur, idest data & concessa, non autem inuenta: & simili modo accipitur in §. huic autem j. de actio.]

¶ Feræ. Casus.

SYL. Quærebatur exēplū eorū, quę iuregentiū nostra efficiebantur: & respōsum est, quod aucupiū, piscatio, & venatio, acquirebant nobis iuregen. feras, aues, & pisces. & assignatur ratio, quia, cum natura ipsa mūdi decori, & vtilitati hominum, ea omnia creauerit, nec huic aut illi loco ascripserit, voluit ea omnibus cōmunia esse, & ita quòd nullius sint, possint tamē omnium effici, & ideo occupanti concedantur. Sed tunc fuit dubitatum, an si capta sint in fundo alieno, sua sint: & dubitandi ratio erat, quia tunc, cum erant in illo fundo, videbantur quasi accedere fundo, & esse quædā pars & accessorium ipsius: vnde videbatur iniquum, quòd ex fundo alieno quid commodi domino inuito caperetur. cuius contrarium dicitur ea ratione, quia nulli particulari loco sunt ascripta hęc animalia, adeo quòd, quàmuis in alieno fundo capta fuerint, non per hoc erant minus in bonis nullius ante capturam. Sed & fuit adiectum, an dominus posset venatorem aut aucupem prohibere, ne fundum suum ingrediatur: & videbatur quòd non, gratia exercendi aucupij, & persequendi feram, quam persequi quocunque iuregen. licebat: tamen contrarium dicitur de iure ciuili, si prouideat: est enim iniuriæ species contra voluntatem domini ingredi ipsius fundum. l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniur. *Deinde fuit quæsitum, an perfecte per occupationem heres acquirantur, ita vt sine facto nostro illas non amittamus: & videbatur quòd sic per d. l. id quod. ff. de regu. iu. attamen deciditur nostras esse desinere, si rursus se in naturalem libertatē receperint: hoc autem statutū est, vt auferatur occasio rixandi. quia captus, postea eisdem ab alijs, facile in contentionem veniret, verū illius essent, qui prius ceperat illas, an nullius, vt nunquam ab aliquo captæ.] No. eliciantur clare per te ipsum.

Ciuilia autem iura tunc esse cęperunt, cum & ciuitates cōdi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt.

¶ Feræ, volucres, & pisces capientibus etiā in alieno conceduntur: quæ durāt capiētis, quousq; custodiā eius non effugerint: & dominus potest prohibere, nec venandi aut aucupandi gratia fundum eius ingrediaris, si præuiderit. h. d.

¶ Feræ [a] igitur bestiæ, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ mari, cœlo, [b] & terra nascuntur, simul atq; [c] ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiūt. Quod † enim ante nullius est, id

a ¶ Feræ. Quia a vetustiori incipiēdum est, igitur &c.

* ¶ Adde, feras bestias accipiendas esse ex præsenti magis feritate, quàm ex animalis genere. nā quid si leo sit, sed mansuetus, vel alia dentata mansueta? vtiq; feræ bestiæ non sunt. l. j. §. bestias. ff. de postul.

b ¶ Cœlo. idest aere.

c ¶ Simul atque, idest statim postquam &c. Sed nunquid res sacræ conceduntur occupanti, vt supra eo. §. nullius? Respon. Res dicitur esse in nullius bonis sex vel septem modis. Natura, vt hic. Facto, vt infra eo. §. penul. Item tempore, vt ff. de acqui. re. do. l. nunquam. §. thesaurus. & in his tribus locum habet hæc regula: nisi quòd in thesauro de ęquitate dimidium domino soli restituitur, vt infra eo. §. thesauros. Itē censura, vt supra eod. § nullius. Item casu, vt in hæreditate iacente, quæ vicem domini representat, vt infra de sti pu. ser. in princ. Itē culpa hominis, vt si eijciam seruum ægrotantem, vt C. de lat. lib. toll. l. j. §. sed scim.

† Intellige, si id veniret per in hominū commerciū: regula. n. supponit cętera habilia. c. j. de ætat. & qua.

Res dicitur esse in nullius bonis septē modis.

& etiam hic. Item iuris naturalis cōstitutiōe, vt liber homo, vt ff. de verb. obl. inter stipu. §. sacram.

a ¶ Nec interest. quo ad acquirendum dominium.

b ¶ Venandi. Aliud si causa reqrēdi fugitiuū meū, vt C. de ser. fu l. ij.

* ¶ Melius facit. l. j. §. hoc autem. ff. de ser. fugi.] qđ in odium seruorum inductū est: secus in alijs rebus, nisi sint indicia: quia non perquiruntur in fundis, aut domibus alienis. vt hic per doct.]

¶ Vel glandis colligēdæ causā, vt ff. de glan. le. l. j. vel vt recipiā pecuniam, quā ibi abscondi, vt ff. ad exhi. thesaurus. vel si vindemiam quā emi, tollere me venditor phibeat vt ff. d ae em. q pendētem.

SYL. ¶ Adde idē, si via erat diruta. l. si locus. §. fi. ff. quemad. ser. amit.]

Adde ꝯplures alias tallētias, quas tradit Cępo. ti. de serui. rust pred c. j. nu. xxiiij.

c ¶ Ingrediatur. Quid si post prohibitionem quid ceperit? Respon. non facit suum, † vt C. de rei vend. si fundum & l. certum & facit. j. eo §. apum. vers. plane.

SYL ¶ Hæc gl. cōiter dānatur: tenet tñ actione iniuriarū. l. iniuriarū. §. fi. ff. d iniu.

** Ratio aūt est, quia solus ingressus est prohibitus, nō etiam captura. Floria. tñ in l. diuus. ff. de ser. rusti. præd. vt refert Cępol. in tract. de serui. c. de aucup. tradit hanc gl. defendi posse; si fundi fructus cōsistat in venatione vel aucupio, vt tunc captū prohibente domino fundi, non efficiatur capiētis, per l. venatio nē. ff. de vsuc. & l. vsufructuariū. ff. de vsufru.

† alias id

† vid. pulcherrimū text. in l. diuus. ff. de ser. rustic. prædio.

† ꝯtrariū tenet gl. sl diu. SYL de ser. rusti. præd. & l. § apū. it. eo.

naturali ratione occupanti cōceditur. Nec [a] interest feras bestias, & volucres, vtrū in suo fundo quis capiat, an in alieno. Plane qui alienū fundum ingreditur venandi, [b] aut aucupandi gratia, potest à domino, si † is prēuiderit, prohiberi, † ne ingrediatur. [c] Quicquid autem eorum ceperis, eousqe tuū esse intelligitur, donec tua custodia coercetur. Cūm vero tuā euaserit custodiam, & in libertatem [d] naturalem sese receperit, tuū esse desinit, & rursus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cū vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis [e] sit eius persecutio. [f]

¶ Sola vulneratio feræ non facit eam suā, nisi capiatur. h. d. ex l. naturalem §. illud. ff. de acqui. re. domi.

¶ Illud [g] quæsitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi [h] possit; statim tua eē intelligatur. Et quibusdam placuit statim eē tuā: & eousq; tuam videri, donec eam persequaris: ꝙ si desieris persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupātis. Alii vero putauerūt, nō aliter tuam esse,

d ¶ In libertatem. idest laxitatem, vt statim sequitur. vt ff. de acqu. re. do. naturalem. & l. Pomponius.

e ¶ Difficilis: idest impossibilis: sic ff. ꝓ soc. l. de illo. & econtra. ff. de ijs q deie. vl effude l. ij.

¶ Male exponit glos. quia arbitrariū est cognoscerē an ita effugerit: vt libertatem receperit, vt ē de mente gl. in seq. §. i verbo capi.] SYL.

f ¶ Persecutio. Sic ff. de acquir. poss. l. iij. §. Nerua.

¶ Illud. Casus. non figurabitur, quia in tex. disputatur, & assignatur ratio dubitandi & decidendi. Not. modum consulendi, vt primo adducātur rationes partis cōtrariæ, postea suæ, tertio ponatur opinio. Itē no. inspici quod euenire potest. Item, ꝙ vulnus etiā tale, vt fera ita affecta sit ꝙ capi possit, non facit eā vulnerantis, sed exigitur captura.] SYL.

g ¶ Illud. Sic ff. de acqui. re do. naturalem. §. illud.

h ¶ Capi possit. Considerata natura hominis,

minis, & animalis, non diuina possibilitate: sed nec oīno facilitatē considero.
a Sed posteriorē. Sic. ff. eo in laqueū.
* Adde, quòd priorem sententiā, quæ fuit Trebatij, amplexa est consuetudo, & ita seruat̃,

q̃ si eam ceperis. Sed posteriorē[a] sententiam nos confirmamus, q̄ multa accidere[b] soleāt, vt eam non capias.

¶ Apes occupanti conceduntur, & eatum faui: potest tamen dominus fundi prohibere ingredientē. & quod ex alueo tuo examen euolauerit, eousq; tuum est, quousq; persequeris. h. d. ex l. naturalē. §. apū. ff. de acqui. re do.

¶ Apū[d] quoque fera[e] natura ē. Itaq; apes, quæ ī arbore tua consederint, ante q̃ a te alueo[f] includantur, non magis tuæ intelligunt̃ eē, q̃ volucres, quæ in arbore tua nidū fecerint: ideoq;, si alius eas īcluserit,[g] is earū dominus[h] erit. Fauos quoq;, si quos effecerint, eximere qlibet potest. Plane integra[i]

vt etiā attestatur Accur. in §. seq. sup ver. examen. & in d. l. naturalē. in ver. vers.]
b Accidere. licet enim pbetur vnum, idest eam vulneratam, non tamē sequit̃, vt capi possit, vt C. de pbat. l. neque natales.
c Non capias. Nota q̃ inspicitur qd euenire pōt: sic ff. loc. siqs domū. §. idē quęrit, si sumptus. & ff. ad treb. l. Lucius. §. pen. & ad l. falci. l. in quantitate, §. magna. & ff. ex qui. cau. ma. sed & si per prætorem. §. si feriæ. & ff. de ser. rust. præ. qui sella. §. ij. & de dam. infec. qui bona. §. inter arg. tamen contra. ff. de pecul. l. eo. tempore. j. respon.

S Y L. Dic, quòd ideo ibi nō inspicitur, quia secundum naturam non erat possibile. cū nihil esset in peculio, secundū Ange. hic, vel non erat ciuilis aut honestus, secundum Christo. hic.
** Adde, quòd & fera bestia exempta ex alieno laqueo, in quem inciderit, fit occupantis l. in laqueum. ff. eo ti. quod tamen declara verum esse, nisi adsit statutum, vel consuetudo loci in contrariū. Circa vero id, quod inspiciat̃ quod euenire potest, intellige id maxime procedere, cū est ex dispositione legis aut statuti. d. §. si feriæ. quod multis alijs comprobat auctoritatibus Tiraq. de retra. lignag. in §. j. gl. xviij. nu. xlj. & xlij.]
g Apum. Casus. Dubitabatur, an si apes in arbore mea consederint, meæ intelligantur factæ, ac si ceperim: & videbat̃ quòd sic, quia ex quo se in arbore mea incluserunt, & ibi fauos fecerunt, videbantur effectæ pars & fructus arboris meæ cuius cōtrariū respondetur, quia earū natura fera est, & non magis fiunt meæ, q̃ aues, quæ nidū posuerunt in arbore: qua ratione oīa sub sequentia deciduntur.
* Hoc tamen intelligendū de apib⁹, quas natura absq; hominum cura produxit: nā quæ hominū studio pascuntur, inclusæq; seruātur, tanquā occupatæ illorum esse intelliguntur, donec reuolare non desinunt. No. q̄ in apibus quarū natura fera est, necessaria est occupatio ad translationem dominij. Itē q̄ eousq; dominiū retinetur, quousque non est difficilis persecutio.]
d Apum. Cōcordat. ff. de acq. rer. dom. l. naturalem. §. apum.
e * Fera idest non mansueta.
* Adde, q̄ Plin. natura. histo. lib. xj. c. v. scribit apes esse mediæ naturæ, idest nec mansuetæ, nec feræ.]
f Alueo. Vas est, vbi apes manent. Quādoq; pro loco, vbi flumen currit, ponitur, vt j. eo. §. insula. Alueus duo significat.
g Incluserit. quod Bul. facere noluit, ī his similibus dicens: Magis timeo scandalum, q̃ futurum iudicium, vt no. ff. d acqui. re. do in l. in laqueum. Scandalū timendū est.
Et hæc communiter tenetur, vt attestatur hic Christo.] S Y L.
h Dominus erit. Nec furti tenetur, vt ff. de fur. si apes.
i Integra re. idest antequā intret, vel

priusquam eximantur.

**Adde, quòd potest prohiberi propria auctoritate. l. quẽadmodum. circa prin. ff. ad l. aquil. & not. glo in l. iij. in versi. planè de acquiren. re. dom. potest etiam ciuiliter agi actione iniuriarum si me inuito ingrediatur. l. iniuriarum. §. si quis me. ff. de iniur.

a ¶ Præuideris. quid si fuerit ingressus, an poterit retinere eum, vt det quod acceperit: cũ homo quilibet possit prohibere, ne quis intret fundum suũ? Respon. cum dominus factus sit per occupationem non video quare desinat esse dominus argumen. huius §. qui tantum præuidẽti consulit.

Examen triplr acipitur

b ¶ Examen. idest vniuersitas apũ; aliàs pro approbatione ponitur: aliàs pro iudicio, vt C. de aduo. diuer. iudicio. l. nemini. Et forte seruatur aliud de cõsuetudine i hoc §. & in superioribus duobus.

* ¶ Dic, quod hic accipitur pro fœtu apum, & noua illa sobole, quam, cum grandiuscula est, parentes alueo emittunt, vt nouas sedes sibi compareret: non autem accipitur pro collectione apum aluearibus inclusa, quę mellificat, & iam nostra est. Et dum dicit gloss. quod forte aliud seruatur de consuetudinę, adde quod non est crecendum Doctori testanti aliquid esse de consuetudine, secundum Alexand. in l. post dotem. colum. penul. ff. soluto matrimo.] SYL.

re, si præuideris [a] ingredientẽ fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur.

¶ Examen [b] quoq; quod ex alueo tuo euolauerit, eousq; ĩtelligitur esse tuũ, donec in cõspectu tuo est, nec difficilis persecutio eius est, alioquin occupantis fit.

¶ **Pauonũ, columbarũ, & ceruorum fera natura est: & animum reuertendi hẽre desijsse creduntur, quando reuerti desueuere. h. d. ex. l. naturalem: §. pauonum. ff. de acqui. re. do.**

¶ Pauonum quoque & columbarũ fera [c] natura est: nec ad rem [d] pertinet, q̃ ex cõsuetudine euolare & reuolare solent: nam & apes idem faciunt, quarum [e] constat feram esse naturam. Ceruos quoq; quidam ita mansuetos habent, vt in syluam ire, & redire soleãt, quorũ [f] & ipsorũ [g] feram esse naturã, nemo negat.

¶ In ijs autem animalibus, quæ ex cõsuetudine abire & redire solent, talis [h] regula comprobata est, vt eousq; tua esse intelligantur, donec animũ reuertẽdi habeant. Nam si reuertendi animũ habere de-

* ¶ Pauonum. **Casus** non aliter figurandus, quia text. ex se planus est, & Imper. ipse ponit rationem dubitandi, & respondet. Not. summarium. Item, quòd actus sequens demonstrat, qualis fuerit intẽtio præcedens.]

c ¶ Pauo. Fera, idest non prorsus domestica vel mansueta.

d ¶ Nec ad rẽ pertinet, idest non obstat ijs, quę diximus.

**Not. ex hoc text. & gloss. quod data instãtia corruit argumentum.

e ¶ Quarũ. scilicet apũ.

f ¶ Quorum. Scilicet ceruorum in genere.

g ¶ Ipsorum. scilicet, & singulorum in specie.

Aĩalium tria sunt genera

h ¶ Talis regula. Hic nota tria genera animalium Mansueta, vt sunt gallinę, in quibus habet locum hæc regula, vt vbicunq; sint, domini esse intelligãtur. vt infra proxi. §. Item fera prorsus, & in his habet locum alia regula, quia occupanti conceduntur, supra eo. §. ferę. & §. illud. & § apũ. & §. examen. Itẽ fera naturalr, sed accidẽtalr mãsueta: † & i his obtinet hæc præsens regula. & facit ad hoc. ff. eo. l. naturalẽ p totã, vsq; ad §. fi.

† Ista gl. reprehẽditur p doc. hic: q̃a apum na ura ñ ẽ adeo fera, q̃n mãsuescere possit sed mãsuescit. hic

De-

a* Deserint. exteriora indicant animi secreta interiora: facit. ff. de edil. edic. l. si tamen. §. ij.

*· Not. q̃ actus sequés demonstrat qualis fuerit intentio præcedens. ita not. ex hoc tex. Deci. in l. peteés. nume. xi. C. de pact.]

ADDITIO.

Et hoc cõprehenditur, si vi so domino vł familiaribꝰ si redeũt, vt solebãt, nisi per aliquos dies hinc inde nõ tamé si in syluis aberrassent, sm Ang. († al. non est tunc.)

¶ Gallinarũ. Casus Apum, ceruorum, palumbarũ exẽplum dubitationem faciebat ĩ casu nostro cuius cõtrariũ tamen deciditur, eo q̃ natura earum non est fera: & iõ non minus suæ sunt, cũ euolant, quàm quãdo stant: & in eis furtũ fit Not. gallinarũ & anserũ duplicem esse speciem. Itẽ q̃ gallinarũ dominium non amittimꝰ eo q̃ exeant conspectum: ratio est, quia nunquam fuerunt liberæ, & ideo nõ reuertuntur ad libertatem Item, q̃ furtũ non committitur sine animo: & potest fieri etiam in vna gallina.] (SYL. † alias quoque † alias id quod)

fierint, a etiam tua esse desinũt, & fiũt occupantium. Reuertendi autẽ animum videntur desinere haberé† tunc, cũ reuertẽdi consuetudinẽ deseruerint.

¶ Gallinæ, & anseres, quãuis conspectum exierint, non desinũt esse nostrę: & q̃ animo lucrandi ea retinet, furtũ facit. h. d. ex l. naturalem. § si ff. de acqui. re do.

¶ Gallinarũ b †autem & anserum nõ est fera natura: † id que ex eo possumꝰ intelligere, quòd aliæ sunt gallinæ, quas feras c vocamus: item alij sunt anseres, quos feros appellamꝰ. Ideoq; si anseres d tui, aut gallinę e tuę aliquo modo turbati f tur bataue euolauerĩt, licet conspectũ tuũ effugerint, quocunque tamẽ loco sint, tui tuęue esse intelliguntur: & qui g lucrãdi animo ea animalia detinet, furtum cõmittere intelligitur.†

b ¶ Gallinarum. Scilicet omniũ. vt statim innuit. Vel dic singularũ in specie.

c ¶ Feras vt phasianos.

* Varro lib. de rusti iij. c. ix. & Colum. li. viij. c. ij. tradũt tria genera gallinarũ.]

d ¶ Anseres. scilicet domestici.

e ¶ Gallinæ. scilicet domesticæ.

f ¶ Turbati. vt per vulpẽ, vel miluum.

g ¶ Qui lucrandi animo. Scilicet vt habeat pennas vel oua: aliàs enim non cõmittitur furtũ, nisi lucrandi animus in-teruenia, vt ff. de fur. l. j. §. fi. Sed nunqd dolus fit in vno ouo? Respon. sic, sed de dolo nõ agitur in re minori duobus aureis, vt ff. de dol. l. si oleum. §. fi. & l. seq. (Furti actio ĩ me dico non aũt actio de dolo.)

¶ Sed quare non agitur de dolo cũ quo agitur furti, vt hic? Respon. furtũ fit plerunq; & ideo frequẽtius puniendum, sm Ioan. vt ff. de pœn. l. aut facta §. fi.

¶ De hac ratione & eiꝰ veritate dixi latiꝰ ĩ l. vt vim. ff. d iust. & iu. *at Io. Fab. ait q̃ actione de dolo agit ad rescindendũ actum cõsensu partiũ firmatum, quod difficilius est tollere: & iõ nõ datur pro modico. l. scio. ff. de in ite. rest. l. res bona. ff. de contrahen. emp. quam rationem approbat Ang. pro cuius cõfirmatione,* & illud addi potest, q̃ furtũ habet nescio quid casus fortuiti, qui vix humana ratione præuidetur. gl in l. cũ duobus. §. damna. ff. pro soc. & dolus autem à contrahentibus facilius præcaueri potest.] (SYL. † alias casu † Facit in pœm. decret. in gl. vl vbi dicit q̃ pro vna galli na furtũ cõmittitur post me. diũ gl & gl. fi. ĩ fi. in c cum te, extra de re iu.)

¶ Et not. ex hoc §. quòd quælibet actio etiam pro vno numo datur, vt ff. de dam. infec. l. si proprietarius. in fi. j. respon. & ff. de coniun. cum eman. lib. l. j. §. illud. sed fallit in casibus: vt ecce, si commodo tibi seruum, & tu eum alis, non reperis à me expensas modicas, vt ff commo. in rebus. §. possunt. & ff. de impẽ. in re. do. fa. l. omnino. Et excepta actione doli, vt dictum est. Item excipe quod est. ff. de dam infe. ex damni. in princ.

¶ Item, quod est in l. scio. ff. de in integ. rest. quia ibi remedium est extraordinarium (SYL.)

rium: regulariter enim pro quacunque minima re datur quælibet actio competens de iure communi. *Sed de isto articulo vtrum & quádo minimi ratio habeatur, vide Deci. in c. de appellationibus. in ij. not. de appella. & Alcia. lib. j. de verb sign.]

SYL. *¶ Itē ea quæ ex hostibus. Casus in regula huius §. dubiū faciebat, quòd cum nihil tam cōtrarium sit iuri, quàm violentia, non videbatur esse legitimus modus dominiū acquirendi. Itē cū ius naturale sit immutabile, nō videbatur posse hominem liberum ab eo statu deijci, in quo illum natura creasset. Contrarium deciditur ea ratione, quia & bella ratione naturali suscepta sunt ad propulsandam iniuriam, resque nobis ablatas recuperandas. Quod vero statutum est de liberis hominibus, vt fiát serui hostium capientium, summam habet æquitatem, cum naturæ magis conueniat eos seruari, quàm interfici. §. serui. supra de iur. perso.] Not. q̃ capta in bello, etiam si liberi homines sint, nostra fiunt. Item quòd captus recuperat libertatem, statim quòd ad suos redit et euadit custodiam: quæ not. quia ambo requirunt̄, cū copulatiue hic ponant̄.]

a ¶ Quæ ex hostibus. vt quibus populus Romanus bellum indixit, vel ipsi populo Romano, vt ff. de capt. & postli. reuer. hostes. & ff de verbo. sign. hostes. & l. quos nos hostes.

*¶ Amplia hunc text. vt locum habeat etiam in locis sacris, & religiosis. l. cum loca. ff. de relig. Quod vero subijcitur de liberis hominibus, vt capti fiant hostium serui, hodie non seruatur si bella inter christianos sunt, vt ad[?]ponet Bar. in d. l. hostes. in fi. ff. de capt. sed [?] idest redemptionis pretiū coguntur soluere: quod tradit Saly. in l. ab hostibus. ij. C. eod.]

¶ Capta in bello iuregē. nostra fiūt, etsi liberi homines sint: & eatenus durant, donec à nobis aufugiūt. h. d. ex l. naturalē. §. fi. & l. adeo. ff. de acq. re. do.

¶ Item ea, quæ ex hostibus[a] capim⁹, iuregētium statim nostra fiunt: adeo quidem, vt & liberi homines in seruitutem nostram deducātur; qui tamē, si euaserint[b] † nostram potestatē, & ad suos reuersi fuerint, pristinū statū recipiunt.[c]

¶ Inuenta in littore maris, & nata ex animalib⁹ nostris, nobis quęrūtur. h. d. ex l. item lapilli. & l. item quæ. ff. de acqui. re. dom.

¶ Item lapilli,[d] & gēmę, & cętera, quę in littore maris inueniūtur,[e] iure na-

† als n. in ptāte.

b ¶ Si euaserint. animo & corpore, vt ff. de cap. l. nihil in prin.

c ¶ Recipiūt. iure postliminij, vt supra qb. mod. ius pat pot. sol. §. si ab hostib⁹. **Adde, idem esse in alijs rebus in continenti recuperatis ex hostibus, arg. l. iij. §. cum igitur, & l. qui possessionem. ff. de vi & vi arm. sunt eni prioribus dn̄is eas agnoscētibus restituendæ arg. l. Pomponius. de acqui. re. do. Idē si ex interuallo, dummodo res immobilis sit. l. si captiuus. §. j. ff. de cap. vel etiā mobilis, in qua tamē ius postliminij sit, vt seruus. l. ab hostibus. ij. C. de cap. & res in vsum belli quæ sine dedecore amitti potuerunt. l. ij. ff. de capt. in continenti autem intelligitur res recepta, antequā intra præsidia hostium ducatur. l. postliminij. ff. de cap. arg. l. si quis in seruitutę. ff. de furt.]

¶ Item lapilli. Casus non figuratur in tam noto & claro exemplo; cuius ratio est, quia ea, quæ in littore maris sunt, ĩ nullius bonis sunt, sicut & ipsum littus. §. littorū. s̄. eo. In secūdo vero casu, ideo nostra efficiunt̄, quia rei nostræ fructus sunt. §. in pecudū j. eo. No. summariū]. SYL.

d ¶ Item lapilli. Scilicet pretiosi. Et quæ sit inter eos lapillos, & gemmas, & margaritas differentia, dic vt ff. de au. & ar. le. l. & si non sunt. §. fi.

e ¶ Inueniuntur. quæ tamen nō sunt alicuius, alias contra, vt j. eo. §. fi.

**Adde aliud esse, si in agro alieno, secun-

turali [a] statim inuétoris [b] fiunt.

¶ Item [c] ea, quæ ex animalibus [d] dominio tuo [e] subiectis nata sunt, eodem [f] iure tibi acquiruntur.

¶ Per alluuionem fluminis, idest per incrementũ latens, res nobis acqrunt; nõ autem per vim ipsius terrã euellentis, nisi radices arbores emiserint. h. d. ex Ladeo. §. j. ff. de acq. re. do. Aret.

¶ Præterea quod per alluuioné agro tuo flumen adiecit [g] iure gentium tibi acquirit. Est autem alluuio icremétũ [h] latés, Per alluuionem auté id vr adii

sundum Bal. in l. j. ff. eo. col. j.

a ¶ Iure naturali. idest gétium, vt supra eo. §. singulorum.

b ¶ inuentoris. ita demũ si occupet siue apprehendat, † non aliàs, secundũ Azo. nam in superiori. §. & in aliis præcedétibus de iis, quæ per occupationem quæruntur, tractatur. vnde quod idem prosequatur hic vicinitas scripturæ innuit, vt ff. de testa. l. hæredes. §. sed & si notá, & ff. de le. j. si serui plurium. §. fi. & aduerbium similitudinis, scilicet ité, quod est in prin. §. aperte dat intelligere aliud esse i thesauro, cuius tractatus est valde ab hoc separatus, vt. j. eo. §. thesauros. & ideo primum videntu & inuenienti, non capienti queritur.

† Hoc verũ in vacantibus vt hic. & l. si barsatorũ. C. de fideiuss. Quod no. pro statuto loquéte de eo q inuenerit bannitũ, i. e. nõ vacantib. si possideret is anim nõ côcurrat, alias solo acq irũt aspectu.

SYL. * ¶ Opinio Azo. verissima est, & probatur apertissime in l. j. in prin. ff. de acqui. ren. possess.

c ¶ Item ea. Nunc mutat stylum & materiam, & dicit de iis, quæ acquiruntur per accessioné discretam, & in sequenti §. præterea. dicit de decessione concreta.

d ¶ Ex animalibus. fœ. generis: siue rationabilib9, vt ex ancillis, vt supra de iu. perso. §. serui & C. de rei vendi. l. partũ. siue irrationabilibus, vt ff. de rei ven. l. si frumentum (aliàs incip. idem Pompo.) §. idem scribit.

e ¶ Dominio tuo. Vel quasi, vt si bona fide possides animal irrationale, vt ff de acqui. re. domi. l. bonæfidei. §. fi. non ita in rationali, vt infra eo. §. in peculum. & est ratio, vt ibi.

* ¶ intellige húc tex. de dominio, quod cum proprietate, coniunctũ habet vsum fructum, nam alioquin ad vsufructuarium pertineret. §. in pecudũ. j. eo. & quod dr hic, nata sunt, declara, ét si apud aliũ côcepta sunt. l. vlti. ff. de acqui. re. do.

f ¶ Eodem iuré, scilicet gentium.

¶ Si Titius. Casus facile figuratur. videbatur enim in hac q. concludendũ plantam eius durare, cuius erat: & posse potius agi pro interesse soli à dño eius, qa non mutabatur forma ipsius: quemadmodum in materia, ex qua ędificium conficiebatur, cum nostra sine facto & volũtate nostra, vt diximus, à nobis nõ abdicentur: contrarium tamen decidit, quia cum arbor ex radicibus ipsis viuificetur, merito videtur potius attendendum, quo ad dominiũ ipsius, solum, ex quo durat, q̃ dominiũ primum ipsius arboris, quod sine illo solo esset corru SYL.

ptum

prium & parum durabile. No. summa.] a Commutatur. sed videtur non commutari, cum primo dño rei vendicatio detur vtilis, vt ff. de rei vendic. si frumētum (aliàs incip. idem Pomp.) §. de arbore. quæ est cōtra. Solu. licet ibi dicat Varus, & Nerua dabant: nō tamē sequitur, nos damus: † vel damus deæstimatione, sed nō de plāta, vt diximus, s. eo. §. prætérea. ver. plane si longiore tēpore.

Facit l. Hoc § Alphen'. ff. de dam. infect.

ADDITIO. Et hęc vltima communiter approbat per l. in rem. §. ité quæcunq;. ff. de rei vendic. Christo.

b Radices. oēs, vt differat à sequéti. c Dicamus. Immo videt eius, in cuius fundo originem, duxit, vt ff. ar. fur. cæ. si plures. §. fin. Solu. hec corrigit illá. Vel dic, ibi poterat viuere arbor ex fundo primo, hic non. Vel efficitur Titij, pro parte. s. vt hic, non in totum, vt ibi.

SYL. *Dic, q iste tex. loquitur, qñ arbor posita in confinio egit radices tam in meū q vicini fundum. §. vero fi. qñ arbor alicuius egit in agro eius radices, postea illas etiā in vicini fundum porrexit, quo casu credibile est principale alimētum ab ipsa origine elici, non autem à fundo vicini, in quem extremas duntaxat radicum partes coniecit.]

**Adde secūdum Cępol. de ser. vrb. præ. c. lxxxj. nu. x. q §. fi. l. si plures. intelligit, qñ arbor alitur à solo vicini, non tñ occupat, vt quia tangit per longitudiné & latitudinem, & qñ potest viuere ex radicibus. quę sunt in solo, vnde ducit originé, aliàs secus, vt hic.]

tius suam plantam in Męuij solo posuerit, Męuij plāta erit: si mō vtroque casu radices egerit. Ante enim, q̄ radices egerit, eius permanet cui fuerat. Adeo autem ex eo tempore, quo radices egerit plāta, proprietas eius cōmutat, a vt si vicini arbor ita terram Titij presserit, vt in eius fundū radices b egerit, Titii effici arborem dicamus. c Ratio d enim non permittit, vt alterius arbor esse intelligatur, q̄ cuius in fundum radices egerit. Et ideo prope confinium arbor posita, si etiā in vicini fundū radices e egerit, communis fit.

Sata, sicut plantę, & ędificatum, cedūt solo, & ijsdem regulis procedunt. h. d. ex l. qua ratione. ff. de acq. re. do.

Qua ratione autem plantæ, quę terræ coalescūt, solo f cedunt: eadem ratione frumēta quo que, † quæ sata sūt solo cedere intelliguntur. Cæterum sicut is, qui in alieno solo ædificauit, si ab eo dñs petat ędificium, defendi pōt per exceptioné doli mali, fm ea, q diximus: g ita eiusdē exceptionis auxilio tutus esse pōt is, qui alienum fun

d Ratio. Facit ff. eo. s. de acqui. rer. do. l. adeo. in fin. & l. seq & l. qua ratione. e Radices. pro parte. **Adde, quòd si arbor vicini porrexerit radices in fundū meū, non licebit mihi ppria auctoritate eas recidere, sed agere oporte ne gatoria, ei nō esse ius sicuti tignū aut protectū immissum hēre d. l. si plures. §. vlt. ff. arb. fur. cæs. Cępol. vbi s. nu. ij. & ix.] Qua rōne. Casus figuratur, vt in §. pcedenti: quia omnia dependent ab eadē ratione dubitādi & decidendi. No. sum. Item, q faciés aliquid in alieno fundo, si quod facit, ab eo petat, recuperat ex pensas ope exceptionis]

† cōcor. l. q feit §. i alieno. ff. d vsuc.

SYL.

f Solo cedunt. vt supra proxi. §. **Coalescere terræ est vnitatem cū terra facere. l. hoc. §. Alphenus. ver. ita demum. de dam. infec.] g Diximus. s. eo. §. certe. Sed quid si aliquis ex semine meo in alieno fundo seminauit, cōtra quem agam? Respōdeo, contra seminantem nō, quia non possidet, nec dolo fecit, quomin9 possideret.

Si qs seminauit ex semine meo i alieno fū do, agam cōtra dominum fundi.

dũ ſua impenſa bona fide conſeuit.[a]

¶ Scriptura cedit chartis: quas ſi dñs petat, repellit͛ a bonæfidei poſſeſſor͛ exceptione doli. h. d. ex l. qua ratione. §. literæ. ff. de acquir. re. dom.

¶ Literę † quoq;, licet aureę ſint, perinde chartis[b] membranisue[c] cedũt, ac ſolo[d] cedere ſolent ea, quæ inędificantur, aut † ſerunt͛: ideoq; ſi in chartis mẽbranisue tuis carmẽ,[e] vel hiſtoriam,[f] vel orõnẽ[g] Titius ſcripſerit: huius corporis[h] non Titius,[i] ſed tu dñs eſſe videris. Sed ſi a Titio petas[k] tuos libros, tuaſue mẽbranas, nec impenſas ſcripturę ſoluere paratus ſis, poterit ſe Titius defendere per exceptionẽ doli mali: vtiq; ſi earũ chartarũ mẽbranarũue poſſeſſionẽ bona[l] fide nactus eſt.

¶ Tabula cedit picturæ: repellitur tamen pictor doli exceptiõe, niſi ſoluat tabulę pretium: ſicut & dominus tabulæ, niſi picturæ impẽſam perſoluerit: niſi tabula ſit furtiua: tunc enim dat͛ domino furti actio. h. d. ex l. qua rõne. §. literæ. ff. de acqui re dom.

¶ Si quis in aliena tabula pinxerit,[m] quidam putant tabulam[n] picturæ cedere

Item nec contra poſſidentem, quia eius facto nihil actum eſt. Sed tñ dic eum teneri inſtar tigni iniuncti, qui tenetur ẽt ſi poſitum ab alio habeat, vel teneat, vt diximus ſ. eo. §. cum in ſuo. per l. ff. de ijs qui deie. vel effu. ſi vero. §. ſi id qđ poſitum. † Et eadẽ quæſtio fit in plantis, & eodem modo ſoluit͛, cũ ſit ratio ſimilis, vt ff. manda. Lucius. in fi. j. reſpon.

a ¶ Conſeuit. ideſt plantauit, vel ſeminauit.

¶ Literę quoque. Caſus figuratio accõmodetur ſm ſuperiores caſus. eadem enĩ cõſtant rõne. No. ſumma.]

b ¶ Chartis. vt de bombyce, vt sũt hę, q̃ de Piſis veniunt.

c ¶ Membranis. quę de mẽbris animaliũ eripiuntur.

* ¶ De mẽbranis vide Plin. lib. xiij. ca. xj. & xij.]

d ¶ Solo. vt ſupra eo. §. cum in ſuo.

e ¶ Carmen. metrice.

f ¶ Hiſtoriam. noui & veteris teſtamẽti. idem dicam in fabula, vel chronica, vel quolibet libro proſaico.

g ¶ Orationem. ad Deum, vel ad populum, vel ad principem.

h ¶ Corporis. ideſt libri.

i ¶ Non Titius. ſ. ſcriptor bonę fidei.

K ¶ Petas. directa in rem.

l ¶ Bona fide. Si autem mala, laborẽ donaſſe videtur, vt ſ. eo. §. certe. Sed nunquid actionem ſcriptor hẽt reddito lib. † Reſpon. ſic, ſi bonã fidem habuit: actionem dico. ſ. in factum. vt ff. de rei vendi. l. in rem. §. item quæcunq; ſi malam fidem habuit, nõ hẽt actionem: quia nec exceptionem habet, vt hic. Sed cũ hodie prætioſior ſit ſcriptura, q̃ charta, nunquid mutatur hoc? Reſpondent, quidam vt Azo, ꝙ ſic: nos, ꝙ non † ar. C. de teſtamen. ſancimus. & C. de appel. pręcipimus. in fi.

¶ Hęc opin. vera eſt, vt late declarat ꝑpo. Senen. in iij. caſu. in j. q. col. ij. & iij.]

* ¶ Siquis. Caſus. Quæſitum eſt, vtrũ tabula cedat picturæ, an econuerſo: & cũ ſ. viſum fuerit, rẽ alij rei cedere, ſine qua eſſe non poteſt, videbatur dicẽdum ſimili modo picturam cedere tabulæ. l. in rem. §. ſed & id. ff. đ rei vendi. cõtrarium nihilominus decidit͛, & ratio aſſignatur in tex. reliqua autẽ, quæ in tex. diſponuntur, pendent ex rationibus allegatis in præcedentibus paragraphis, quas repetere nimis ſuperfluum eſſet. Nota valere arg. ab abſurdo remouendo.]

m ¶ Pinxerit. ſiue bona fide, ſiue mala fide, ſm Pla. nos contra, quia bona fi. vt infra eo. §. ibi, vtique &c.

n ¶ Tabulam. Quid ſi in marmore? Reſpon.

† Intellige totam hanc gl. qñ & ſerens & ſatum hũs ſunt i bona fide.

† Limita ſm Ioã.

SYL. And. i ſpecu. i rub. de inſtr. edit. col. iij. i add. † aũs inſeruntur.

Mẽbrana vnde dr̃.

† ſi aũt ſic ſcriptor id mercedẽ, & ſibi đ ſuo labore non ſatisfiat, põt retinere quaternos, vt no. gl. in l. ſi nõ fortẽ. § ſi centũ. & ibi Bart. & Bal. đ cõdi. ind. de Ang.

† Et bene ſm Ang. hic ꝑ iſtũ tex.

SYL.

. Respon. contra seruari forte: argumen. tamen cōtra, infra de testamen. §. pen.

SYL. *¶ Dic, secundum Ange. idem & si in tabula marmorea pingatur, dum tamē non sit affixa parieti: nam tunc pictura cederet marmori ex mente pingētis, velut causa ornatus ædium posita. l. & si non sunt. §. perueniamus. ff. de aur. & arg. lega.]

a ¶ Cedere. ff. de rei vendic. l. in rem. §. sed & id quod in charta. cōtra. Solutio: hæc corrigit illam Vel distingue an pretiosior sit illa scriptura, q̄ tabula, ſm Placen. q ait locum habere quod hic dicitur, si pictus est homo, non vrsus: bono colore, non atramento.

SYL. *¶ Prior solutio verior est, non quidem vt Imperator corrigat, sed quod ex variis veterum altercationibus sententiā Caii comprobarit, vt tabula cedat picturæ, dicta. l. qua ratione §. literæ. ff. eo.]

ADDITIO. Quod glo. dicit de homine vel vrso. non bene loquitur: quia nō est requirendum quid depictum, dūmodo honestū: vtrunq; enim habet exornare materiam: sed bene est inquirendum, qualis sit color. Christoph.

b ¶ Apellis vel Parrhasij. propria nomina pictorum.

SYL. *¶ De quorum præstante artificio vide Plin. lib. xxxv. c. x.]

c ¶ Eam petat. s. directa rei vēdicatione, vt ff. de acqui. re. dom. l. qua ratione. §. sed non vt literæ, ſm Azo.

Vendicat aliqñ nō dñs a domino.

d ¶ Vtilis actio. In rem, non directa, qa desiit dñs esse. & sic est mirabile, quod non dñs à dño vendicat. sic cōtingit aliàs in publiciana in quibusdā casibus, vt not. infra de ac. §. aliæ. aliàs. §. nanq; si cui. e ¶ Imposuit. Hoc mirabile contingit hic, quod conditio possidentis est deterior, quàm petētis: aliàs cōtra, vt. j. de interd. §. commodum. sic & aliàs ff. de noxa. si quis à multis. & ff. si ex noxa. cau. aga. l. j. in fin. & l. ij. ff. de petit. hęr. cum idē. Sed ad hoc responde quod ī causa noxali esse poterit, quod secundo agens nō probabit. Itē in petitione hęreditatis si bona iura habuit in vincendo, hæc eadem habuit ī defendēdo: & sic non est eorum conditio deterior. Item cū hic habeat actionem pictor, si non possideat: multo magis exceptionem debet habere soluto pretio, vt ff. de superfi. l. j. § quod autem. & ff. de regu iur. l. cui damus. Sed nunquid domino quondam tabulæ idem conceditur, si possideat, si pretium picturæ soluat? Respondit Ro. quod sic, cum sibi actio detur. Ego contra vt sit differentia inter dominum & pictorem. Item quis præfertur, si ambo cōtra extraneum possidentem agant? Respon. is, qui directā habet actionem. i. pictor: ſm Io. Sed nunquid si tabula fuerit abrasa, remanet pictoris? Respon. sic, vt ff. de rei vendi. l. in rem. §. item quæcunq;. vers. & quod semel. Sed quare aliud in picturis, quā in scripturis? Respon. quia pictura pretiosior est, q̄ scriptura, ſm Io.

Possidentis conditio qñq; deterior q̄ petētis.

Pictura p̄tiosior est scriptura.

*¶ Aliam rationem tradit Bar in l. qua ratione. §. literæ ff. de acqui. re do. nempe, quia non occupatur tota charta: & ideo ei cedunt literæ tanq̄ minor pars.]

f ¶ Surripuit Antequàm pingeret.

g ¶ Alius. post picturam.

dere: alijs videt, picturā (qualiscunq; sit) tabulæ cedere. sed nobis videt melius esse, tabulam picturæ cedere. [a] Ridiculum est enim, picturam Apellis, [b] vel Parrhasij in accessionem vilissimę tabulæ cedere. Vnde si a dño tabulæ, imaginem possidēte, is qui pinxit, eā [c] petat, nec soluat p̄tium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali summoueri. At si is, q pinxit, eā possideat, cōsequēs est, vt vtilis [d] actio domino tabulę aduersus eum detur: quo casu: si nō soluat impēsam picturæ, poterit p exceptionem doli mali repelli; vtiq; si bonęfidei possessor fuerit ille, qui picturā īposuit. [e] Illud enim palam est, quod siue is; q pinxit, surripuit [f] tabulas, siue alius, [g]

SYL. *¶ Accur. male subaudit, quia etiā ante picturā si surrepta sit, competit dño tabulę furti actio. potuit enim ēt res furti ua bona fide venire in ptātē pictoris.]

a¶ Tabularum. Etiam, subaudi. nam & pictori cōtra extraneum furem dat̃, fm Azo. Vel melius, (vt mihi videt̃) hic loquitur quādo fuit surrepta ante, q̃ eēt picta: sed etiam contra dominum tabulæ, sibi surripientem posset dari pictori furti actio, facto furto tabula iam picta, vt ī.de obl. quæ ex delic. nascun. §. aliqñ.

cōpetit domino tabularū[a] furti actio.

¶ Bonęfidei possessor facit fruct⁹ suos, nec eos cōsumptos cogitur restituere: secus si fuerit malę fidei. Areti.

¶ Si quis a non domino, quem dominū esse crediderit, bona[b] fide fundum emerit, vel ex donatione, aliaue qualibet iusta[c] causa æque bona fide acceperit, naturali[d] ratione placuit fructus,[e] quos percepit, eius esse pro cul

SYL. ¶ Siquis à non domino. Casus. Quærebatur, an possessor, quamuis bonæfidei, faceret fructus suos, si re vera alius sit dominus: & videbatur q̄ non: quia fructus ex ipsa re illius esse vident̃, cuius est res, cōtrarium deciditur in iis fructibus, in quib⁹ labor & industria possessoris vertitur. Æquitati enim naturali consonū est, quod quisque fecit sua impensa, labore, & cura, vt fructus percipiat. credés rem ad se pertinere iustis de causis, lucretur eos pro sua cura & labore. l. bona fides tantum. ff. de regu. iu. secus est autem in malæfidei possessore, quia operas suas creditur donasse qui eas exposuit scienter in re, quam sciuit alienam. No. bo. fidei possessorem facere fructus suos. Itē, q̄ malęfidei possessor restituit rem cum fructibus.]

† Dic hoc verum in aliis contractibus pterq̄ in emptionibus: qa in illis reqrit, q̄ duobus tpib⁹ hēat bonā fidem, videlicet tpe cōtract⁹, & tpe traditionis. l. ij. ff. pro empto. & q̄ fit rō dif ferentiæ, ibi no. Ang.

b¶ Bona fide. quæ in initio exigitur. l. vt credat sibi dantem habere ius distrahendi, vt ff. de vsur. qui scit. §. fi. † Nec obstat quod est. ff de acqui. re. do l. bonęfidei §. in contrarium. quia ibi opponendo loquitur, non ponendo.

*¶ Adde, q̄ bonæfidei emptor non solum dicitur is, qui credidit venditorem esse dñm, verum etiam si eum putauit ius vendendi habere, puta procuratorē aut tutorem esse. l. bonæfidei. ff. de ver. sign. & l. qui à quolibet. de cōtrah. emp.

c¶ Iusta Cum multæ sint causæ siue tituli acquirendi, vt in ff. colligitur in variis titulis sub tit. de vsuc. vsque ad tit de re iudi. idem tamen & si titulum nō, hēat, vt arg. ff. fi. regun. l. iiij. §. sed ante. ¶ Ratio autē est, quia in accessoriis præscribendis satis est titulus pro suo. Bald. in l. j. col. ij. C. d̄ vsur. & fru. lega.]

SYL. d¶ Naturali ratione. Idest iure gētium: de quo loquitur hic titul⁹, cui naturalis insita ratio est.

*¶ Adde. q̄ nō solum facit suos fructus iam perceptos, sed etiam illos, qui tantū à solo separati sunt. nec interest, siue ipse bonæfidei possessor eos perceperit, siue alius l. bonæfidei. ff. de acqui. re. do & l. qui scit. §. præterea. ff. de vsur. & not. glo. j. & ij. in §. seq. ī. eo.

e¶ Fructus. ¶ industriales. aliud in naturalibus, vt ff. de vsur. l. fructus Non obstat. ff. de acqui. re. dom. l. bonæfidei. in prin. quod enim ibi dicit, omnes, exponitur siue facto possessoris, siue alterius pcepti, industriales tamē, vt ff. de vsur. qui scit. §. præterea.

SYL. ¶ Regula enim est, q̄ quilibet possessor etiam cum titulo tenetur restituere fructus naturales etiam consumptos: & ratio est, quia in eis agitur de mero lucro, cum acquirantur sine impensa & industria hominis: & ideo cessante ratione curæ, & solicitudinis, nō cadit etiam disputatio an error iuris sufficiat. cōmunis ē hæc resolutio doct. in l. & ex diuerso. ff. de rei ven.]

¶ Sed naturalibus fructibus cōsumptis an teneatur possessor? Respon. non tenetur possessor rei vendicatione: quia nō possidet, nec dolo desiit possidere: sed cōdictione sine causa tenetur inquantū locupletior ē, arg. ff. si cer. pe. l. si & me.

** Adde, q̄ fructus naturales sunt poma ficus, & similia: industriales, qui industria

Ang. y. val. fuy

-ftria hominis quæruntur, vt segetes, vinũ, & consimilia, glo. l. & ex diuerso. ff. de rei vend. & in c. grauis. de resti spo. Et in materia fructuũ, de qua in hoc tex. & in glo. vide pulcherrimã glo. j. de offi. iu. §. j. vet. cũ fru.]

ADDITIO. Sed si si sit esse q⁹ locupletior nõ tenet, nisi esset malæfidei. Ang.

a Pro cultura. vt segetes.

b Et cura. vt lac, & pilus, & lana.

SYL. * Adde, q iudex ipse æstimabit qui fructus sint naturales, & q industriales, Bar. i l. & ex diuerso. ff. de rei ven.]

tura, a & cura. b Et ideo, si postea dominus superuenerit, & fundum vendicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. c Ei vero, qui alienũ fundum sciens possederit, non b idem cõcessum est: itaq; cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, cogit e restituere.

c Non pot. nec ad pretiũ, vt j. de offic. iud. §. si vero. & ff. h. regũ. l. iiij. §. sed ante si tamẽ extant, nõ rei ven. quia percipiẽtis sunt, sed officio iudicis tenet reddere, vt C. de rei ven. certũ. §. bonæfidei.

Et ita cõmuniter tenetur, vt late Cur. in consi. lxxj. per totum.]

d Non idem. vt faciat fructus suos.

Fructus percipiendi sunt quatuor quibus restituendi a malæfidei possessore et titulũ habente.

e Cogitur restituere. Distingue tamẽ: quia si habet titulum malæfidei possessor, de consumptis condictione sine causa: de extãtibus, rei vendicatione tenetur de percipiendis, propter titulum excusatur: vt C. de rei ven. si fundũ. nisi in quatuor casibus. Primo, quãdo emit ab eo, quẽ scit vẽdere in fraudẽ creditorũ, vt ff. quæ in frau cre. l. ait prætor. §. per hanc Secũdo, qñ emit ab eo, qui metu cõpulsus est, vt ff. quod met. cau. sed & partus.

SYL. * Adde, quòd in primo casu rõ est, qa titulus habet pro nõ titulo. d. §. per hãc. vbi Albe.] in secũdo vero hoc introductũ est in odiũ inferentis vim vel metũ.]

Tertio, quando emit cõtra interdicta legum sciens C. de agri. & cen. quemadmodum. lib. xj.

SYL. Adde, q hoc operatur contumacia ementis rem à l. prohibitam.]

Item in quarto, scilicet qñ emit à fisco non solenniter vendente, vt C. de fi. instru. & iu. hastæ fi l. j. lib. x. (j) Isti quatuor casus etiam not. ff. quod met. causa. l. sed & partus. & l. si fundum. C. de rei vend. Si nõ habet titulũ: de cõsumptis, cõdictione sine causa: de extantibus, rei vendicatione, vt C. de cõdi. ex lege. l. pen. & C. de rei vẽ di. si fundum. de percipiendis, officio iudicis. ff. de rei ven. si nauis. §. fi.

¶ Fructuarius non facit fructus suos, nisi sint à solo separati, vel per se, vel per alium eius nomine. Et ideo non collectos nõ transmittit ad hæredes suos. Et idem in colono Aret.

f Is vero, ad quem vsusfructus fundi pertinet, non aliter fructuũ dominus efficitur, q̃ si ipse f

ADDIT. (j) Hoc enim procedit: quia ille emit circunscripta solennitate iuris secundum Chrift. *idem tamen, & si ematur ab alio, non adhibitis solennitatibus requisitis.]

* Adde, q licet malæfidei possessor restituat fructus etiam consumptos, hoc tamen intelligendum est deductis impensis factis, præsertim in cultura & collectione. l. fruct⁹ qui dotis ff. fam. ercis. & l. si à domino. *. vlti. ff. de peti. hær.

SYL. Is vero. Casus. Quærebat, an fructuarius vel colonus facerent fructus suos: & videbatur eadẽ ratione q sic, pro labore, & cura, cũ teneant bona fide, & ideo pendentes transmitti ad hæredes, cũ in eis sit illis ius quæsitum. Contrarium tñ dicitur ea ratione: quia cum habeãt ius vtendi & fruendi durante tantum vita, §. finitur. j. de vsufru. statim eo mortuo, fructus illi, qui pendent, censentur pars ipsius rei. l. fructus. ij. ff. de rei vend. & spectant ad dñm: quia ius percipiendi eos morte est extinctum No. summa.]

f Ipse. alio enim percipiente nõ fiunt sui: sed hunt bonæ fidei possessoris, etiã si eos alius percipiat, vt ff. de vsur. qui scit. §. præterea.

Adde,

eos perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, * decesserit, ad hæredes eius non pertinent, sed dño [b] proprietatis acquiruntur. Eadé ferè & de colono [c] dicuntur.

¶ In fructu pecorű sunt fœtus, lac, & lana: fœtus vero ancillæ in fructu non est: & fructuari9 tenetur in locum demortuorű supplere gregem, agrum, vł vineas. hoc dicit ex l. in pecudum. ff. de vsuris.

¶ In pecudum † fructu etiá fœtus est: sicuti lac, pilus, [e] & lana. Itaque agni hœdi, & vituli, & equuli, & suculi statim naturali [g] iure dominij fructuarij sunt. Partus vero ancillę in fructu nő est: † itaq; addo

SYL. ¶ Adde, quòd ibi glo. limitat, nisi alius nomine vsufructuarij percepisset.] Vel aliter, si ipse percepit, non etiam hæres eius. nec enim ad hæredem transmittit.

a ¶ Perceptus. vt si in horreo repositi sűt, facit suos fructuari9: sed bonæ fi. possef. statim vt à solo separati sunt, vt ff. quib9 modis vsusfru. ami. si vsufructuari9.

SYL. ¶ Idem si non sint repositi, dű tamé sint excussi & per cepti actualiter. d.l. si vsufructuarius messem.] Et é alia differentia, quia fructuarius facit suos naturales fructus, bonæ fi. possef. non, vt ff. de usufru. l. usu fructu. lega. & de vsur. l. fructus.

Fructuarius & bonæ fidei possessor diuersimode faciunt fructus suos.

*¶ Percepti fructus æque in fructuario, atque in bonæ fidei possessore dicűtur, simulatq; à solo separati sunt, etiam si adhuc excussi aut repositi non fuerint: sed fructuarius ita demum eos suos facit, si suo nomine a solo separati fuerint: bonæ fidei autem possessor, à quocunque à solo separentur, vt est tex. in d.l. si vsufructuarius. & declarat ibi Bar. & Tiraq. de retrac. conuen, §. v. glo. iiij. nume. j.

b ¶ Domino. Sed per quam actionem? Respon. per rei vend. cum dominus sit uel condictione ex hac lege.

c ¶ De colono. Qui numis colit: ná omnes fruct9 facit suos, vt vsufructuarius: sed differunt, quia colonus talis facit fructus suos, vt à solo decerpti sunt, vt ff. de fur. l. si apes. §. fin. secus in vsufructuario, vt hic dicitur. Vel dicas de partiariis, vt ff. loca & condu. cum in plures. §. messem. ꝑm Azo.

Colonus & vsufructuarius differűt.

SYL. * ¶ Adde, quòd etiam vsufructuarius fit dominus fructuum, simul atque percepti sunt, vt dixi supra ad glo. in ver. perceptis. dummodo percipiantur ab eo uel alio eius nomine: & §. messem. potest intelligi generaliter tam in colono numis colente, quàm in partiario: quare uerius est, verbum (fere) eá ob causam additű esse, quæ postremo loco. ab Accur. refertur: qui autem si partiarius colonus, exposui l. §. item seruiana. j. de actio.] Ité dicit, ferè, ꝑpter aliud: quia colonus tráſmittit ad hæredé, vt infra de loc. §. fi. sed fructuarius nő, vt hic.

† Similis tex inf. de vsu & habi. §. sed & si pecorum.

¶ In pecudű: Casus facile figurari potest, in primis enim ponitur regula, ex qua videbatᷣ inferri ad casum ancillæ in qua contrarium deciditur ex ratione posita in tex. in tertio vero casu dubitabatur, an teneretur summittere in locum demortuorum: & videbatur ꝙ nő: quia cum dominium esset penes alium, videbatur illi perire. l. incédium C. si certum peta. unde onus supplendi ad dominum videbatur spectare: cuius contrarium dicitur ea ratione, quia debet vti fructuarius bona fide, salua rerű substãtia, infra de vsufruc, in prin. quod nő est, nisi supplerentur vt dixi: & quia sicut bonus paterfa. vti debet, vt dicitur in tex. Not. ꝙ fœtus animalis irrationalis est in fructu. Item, ꝙ omnes fructus sunt producti gratia hominum: & ꝙ homo nő est in fructu. Item, ꝙ fructuarius supplere tenetur gregé, agrű. & vineas.]

S Y L. † hæc fuit Bruti sententia, quã obtinuit aduersus P. Scæuolá, & M. Maniliű; Cice. l. j. de Fin. Vltia l. Vetus de vsu fru.

d ¶ Fœtus. q. d. ita fœtus sicut &c.

e ¶ Pilus. Bouis, vel etiam caprarum, ad borram sellarum.

f ¶ Et suculi. idest parui sues,

g ¶ Naturali iure. i. gentium. de quo loquitur s. eo. §. singulorum.

a Pertinet, quantum ad plenam proprietatem, nisi etiam & in partu sit vsusfructus legatus, vt ff. de vsufru. vetus

* Adde, quòd & ad bonæ fidei possessorem pertinet partus ancillæ saltẽ vtiliter, vt not. glo. in l. in pecudum. ff. de vsufr. quia pro domino habetur: & ideo ei cõpetit actio Publiciana ad persequẽdum ipsum partũ. l. si ego. §. partus. de publi. nam vsucapit, §. sed tamen. ver. item, si is. q̃. de vsuc.

minũ proprietatis pertinet [a]Absurdũ[b] enim videbat̃, hominẽ in fructu [c] esse: †cum omnes fructus rerum natura[d] gratia† hominis cõparauerit.

Sed si gregis [e] vsũfructum quis habeat, in locum demortuorũ capitũ, ex fœtu[f] fructuarius summittere[g] debet, vt & Iuliano visum est: & in vineatũ demortuarũ vel arborum locũ alias debet substituere †recte enim colere, & quasi bonus paterfamilias vti debet.

Thesauri in loco proprio, sacro, vel religioso, casu inuẽti, cedunt inuentori: in alieno, diuiduntur inter dominum & inuentorẽ. hoc dicit.

†Idẽ Cic. lib. i. offi. vbi tractat de iu sti. & co. prol. i. de legi. & lib. ij. de Nat. Deo. † al. hominum.

b Absurdũ: sic ff. de vsur. l. in pecudũ.

c In fructu scilicet vt ipse sit fructus: sed tamen in eo relinquitur vsusfructus

d Rerum natura. idest Deus: sic supra de iure natura. in prin. vnde dicit̃ apud Ouidium: Pronaque cum spectent animalia cætera terram: Os homini sublime dedit, cœlumq; videre iussit, & erectos ad sidera tollere vult⁹. sic ff. de ædi. edic. l. iustissimæ. & ff. de fur. qui vas. §. ex furtiuis. & ff. de pet. hær. l. ancillarũ.

* Huc pertinent quæ scripta sunt Genes. c. j. quæ omino leganrur, vt admirabilia Dei Opt. Max. beneficia erga hominem agnoscas.]

*Lib. j. Metamorph.

Grex qd comprehendit.

e Gregis. grex est numerus decẽ ouiũ, vel quinque porcorum simul & congregatim consistentium, vt ff. de abig. l. oues. & tacit. ff. de vsuc. l. rerum mistura. §. tertium.

f Ex fœtu. Aliunde enim nõ summittitur, secundum quosdam: vel forte sum mittet etiam aliunde, arg. ff. de vsufru. quid ergo. §. sed quod dicitur. in fi.

ADDITIO. Hæc glo. communiter approbatur. vt nõ solum ex fœtu aliarum suppleat capita: sed etiam opus habeat aliunde quærere & supplere. Christ.

g Summittere. Quæ summissio nõ fit, si in singulis capitibus sit vsusfruct⁹, vt ff. eo. quid ergo. §. sed quod dicit̃. in fi.

* Ratio, quare fructuarius in vinearum vel arborum demortuarum alias debeat substituere, illa est, quia ad eum pertinent. vn de aliud in deiectis vi veterum quæ pertinent ad proprietarium. l. agri. & l. arbores. & ibi glo. ff. de vsufru.]

† Facit ff. de vsuf. in prin.

Thesauros. Casus Reuocabatur in dubium, thesaurus cui concedendus esset, & cui⁹ fieret. In primis enĩ videbatur, q̃ cum in bonis nullius esset, cederet totius occupanti. §. nullius. supra eo. ex ad uerso vero videbatur, quòd ne pars quĩ dem illi deberetur, sed in totum acquireretur hæredibus illius, qui eam pecuniam deposuisset, cum non ideo condita esset, vt pro derelicto haberetur; sed quo tutius custodiretur: Adrianus tamen naturalem æquitatem intuens, qa nõn extat qui sibi fieri præiudicium dicere possit, cum thesaurus sit pecunia à dominis ob vetustatem ignotis condita. l. j C. de thesau. lib. x. statuit, vt inuentus in suo, inuentoris totus esse debeat: in alieno vero, vt diuidatur æquis portionibus inter inuẽtorem & dñm loci.] No. thesaurum inuentum in loco proprio proprium effici: in alieno. siue ille locus sit publicus, siue religiosus, siue sacer, cedit pro dimidia inuentori, pro dimidia domino.]

S Y L.

* Adde, quid de thesauro ab emptore inuento in re vendita, durante tempore præstituto ad reuenditionem, & antequam res redimatur, vtrum pertineat ad ipsum emptorem, an ad venditorem redemptione facta, an ad vtrunq; : vide tex.

tex in l. diuortio. §. si fundum.& ibi gl. Bar. Bal.& alios.ff. sol. mat. & latius remissiue apud. And. Tiraq. in tract. de retrac. conuentionali. in fi. nu. lxxxxvij.

Thesaur' quid est.

a ¶ Thesauros. Est autem thesaurus pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita, vt C. de the sau. l. j. lib. x. in prin. vel depositio pecuniæ, cuius memoria non extat, vt ff. de acquir. re. do. l. nunquã. §. thesaurus quandoque improprie dicit. vt ff. de acquir. pos. l. peregre. in prin. & ff. ad exhib. l. thesaurus.

† Vide Aeliũ Spart. in Adriano.

¶ Thesauros, [a] quos quis in loco [b] suo [c] inuenerit, diuus Adrianus † naturalem æquitatem secutus, ei concessit, qui eos inuenerit. Ideq; statuit, si qs in sacro, aut religio so [d] loco fortuito [e] casu inuenerit. At si quis ĩ alieno loco, non data [f] ad hoc opera, sed fortuitu inuenerit, dimidiũ domino [g] soli cõcessit, & dimidium inuentori. Et conuenienter, si qs in Cæsaris [h] loco inuenerit, dimidiũ inuentoris, & dimidiũ eẽ Cæsaris statuit. Cui conueniẽs est, vt si quis ĩ fiscali loco, [i] vel publico, [k] vel ciuitatis [l] inuenerit, dimidiũ ipsius esse

* ¶ An in dispositione huius. §. sufficiat sola inuentio sine apprehensione, est glo. supra. eo. titu. §. item lapilli. in ver. inuentoris, quòd sic. Sed Bar. contra, in l. j. ff de acqui. possess. in prin. cuius sententia recepta est.]

** Adde, q hic §. non habet locum in pecunia perdita, si ab aliquo reperiatur, nam illius permanet, cuius fuerat. l. à tutore. ff. de rei vend. sed quid si non inuenitur, cuius sit, licet fuerit diligenter perquisitum, nunquid possum retinere? & Bal. in l. j. col. j. ff. eo. tenet, q debeat cõsignari epo loci, qui eã det pauperibus, arg. auct. oẽs peregrini. C. eo. de success.]

b ¶ Loco. aliàs solo.

c ¶ Suo. iure directo, vel vtili: vt si feudatarius, vel emphyteuticarius, vel similes: licet Pia. aliud dixerit in his.

SYL. ¶ Opi. glo. approbatur in casu posito: & infertur, q si dominus directus in fundo emphyteuticario inueniat, pro dimidia spectabit ad emphyteutam: q si extraneus inueniat, dimidia erit extranei, alia emphyteutæ.] Quid si mercenarius, dum laborat in alieno, vel creditor in pignore inuenit thesaurum? Respon. dimidium eius est, in cuius fundo inuenitur & dimidiũ sibi acquirunt, vi. ff. de acquir. re. do. l. si is qui. §. q si creditor.

* ¶ In mercenario contrarium tenent Ang. & Ioan. Fab. & recte.] SYL.

** Adde, q & fructuarius nõ acquirit sibi thesaurum inuentum in fundo, in quo hẽt vsumfructum, nisi pro dimidia, perinde ac si in alieno loco illum inuenisset. siquidem thesaurus in fructu nõ est. l. fructus. §. si fundum. ff. so lu. matri.]

d ¶ Religioso. ff. de iure fisci. l. iij. §. pe. cõtra. Sol. hic corrigit fm Bulg. vel hic fm naturalẽ rõnem, vt patet in litera, ibi fm ciuilẽ rõnẽ, quę pualet: sic in vsucapione cõtingit, fm Ioan.

SYL. ¶ Hęc vltima tenetur secũdum Christ. hic. Hodie autem dimidia erit inuentoris, alia prælati.]

Casus fortuitus.

e ¶ Fortuito casu. Casus est inopinatæ rei euentus, ex diuersis causis proueniẽs, ob aliud & aliud inceptis.

f ¶ Non data ad hoc opera. aliàs totum redditur dño. in suo loco tñ potest operã dare, non tñ magica arte, aliàs esset fisci, vt C. de thesau. l. vnica. lib. x. Accur.

g ¶ Domino. Sed per quam actionem? Respon. per rei vendicationem, cum dominus sit vel condi. ex hac. l.

ADDITIO. Pecunia tñ recondita in muro domus venditæ nõ cedit emptori sed remanet reconditoris. Ang. An autem sufficiat so'us oculorum aspectus, vel etiam requiratur apprehensio, & qs præferatur, vide Christ. hic.

h ¶ In Cæsaris loco. i. patrimoniali.

i ¶ Fiscali loco. non tamen publice deputato.

K ¶ Vel publico. i. publice deputato.

l ¶ Ciuitatis. quæ loco priuatorũ sunt,

vt

vt ff.de verb.sign.eum qui vectigal.

a ¶ Fisci.sed si fisci partem suppresserit, cum altero tantum reddit, vt.ff. de iu. fisc.l.iij §.fi.

SYL.

¶ Per traditionem. Casus in tam generali regula nõ est ponendus: cuius ratio assignatur in tex. ibi, nihil enim No. traditione dominiũ quæritur* quod intellige secundum rationem, si tradẽs dominus sit, & velit dominium transferre. Item quod nihil cõuenientius est, quàm quod voluntas domini impleatur circa alienationẽ rei suæ. Item, quod naturali rationi conuenit, quod quilibet rerum suarum sit moderator & arbiter. Itẽ, quod stipẽdiaria & tributaria prædia per traditionem alienantur. Item, quid sint stipendiaria & tributaria prædia.]

¶ De iure canonico transfertur beneficiũ per personam papæ, etsi fit traditione, vt ic. proposui, cũ gl. sup ver. vacare. extra de cõce. pb.

debeat, & dimidiũ fisci, [a] vel ciuitatis.

¶ Ex traditione dominiũ quæritur quorumcunque bonorum, etiam stipendiariorũ, & huiusmodi. h.d.

¶ Per traditionẽ: [b] quoq; iure naturali [c] res nobis acquiruntur. [d] Nihil [e] † enim tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatem [f] dñi volentis rem suam in alium trãsferre, ratam haberi. & ideo cuiuscunq; [g] generis sit corporalis [h] res, tradi potest, & a dño [i] tradita alienatur. [k] Itaque stipendiaria [l] quoque & tributaria [m] prædia codẽ modo alienantur. [n] Vocãtur autẽ stipẽdiaria & tributaria prædia, quæ in prouincijs [o]

b ¶ Per traditionem quoq;. Non solum inuentione, vt supra.§.proximo.

c ¶ Iure naturali.idest gentium, vt infra.§.proximo.

d ¶ Acquiruntur.causa præcedente, vera vel putatiua, † aliàs non, vt ff. eo.l. nunquam.& infra hoc.§.ibi, sed si quidem &c.

† In qua & tradẽs & accipiens cõuenit putatiua, qa ambo eã sciant vel credãt subesse.

* ¶ Quod dicitur de causa putatiua, declara procedere, si traditio sit vera, non etiam ficta, vt per constitutum: Cyn. & alij in l.qui rem.C.loca.]

SYL.

e ¶ Nihil immo Deo seruire.sed hyperbolice loquitur.sic.ff.de pac.l.j.in prin. & ff.de act.emp.l.ex emp. in prin. & C. de transac.non minorem.

f ¶ Voluntatem.dum tamen legitimã: nam cui bonis interdictum est, nõ alienat, vt ff.de cur.fur.l.j.in prin.

* ¶ Adde, quod verbum voluntas, excludit errorem, & ideo si rem meã, existimans esse tuam, tibi tradiderim, dominiũ in

te non transferam.l. si procurator.ij. ff. de acqui.re. do. & l.iij.§. subtilius.ff. de cond.cau.da. Item declara regulam huius tex.non habere locum, vbi lex prohibet alienationem.l.vlti.C.de reb.alie. non alie.]

g ¶ Cuiuscunque. idest siue mobilis, siue soli.

h ¶ Corporalis.incorporales enim tradi non possunt, vt ff. de acqui. re. do. seruus. §.incorporales

i ¶ A domino. hoc quandoq; fallit, & eius contrariũ inuenitur verũ, vt ij qui. ali. licet vel non. Sed hoc est regulare, vt hic, & ff.eo.traditio.

K ¶ Alienatur.i.dñium trãsfertur Accur.

** Alienatio enim est omnis actus, per quem dominiũ transfertur.l.j.C.de fun. dot. Illud quoq; est maxime notandũ quod licet dominium non transferatur nisi re tradita, tamen secuta ipsa traditione dominium intelligitur translatum statim tempore contractus, Albe. in l. si filiu.fa.§.cum fundum.de verb. oblig. & Saly.post Cy.in l.contra.C. de inof.tes.]

l ¶ Stipendiaria.s. quæ militibus pro stipendiis dantur, vt ff. de rei vend. item si verberatum §.ij. & de euictio.l. Lucius. & de acquir.rer.do.in agris. Prędia stipẽdiaria.

* ¶ Stipendiaria seu tributaria prædia (idem enim sunt) vocabantur illa, pro quibus à prouincialibus tributum po. Ro.pendebatur.] SYL.

m ¶ Tributaria.quæ tributa Romæ reddunt. Prędia tributaria.

n ¶ Alienantur.per traditionem.

ADDITIO. Quæ quot modis fieri intelligantur, vide Ange. Et an per verbum, tradidit, positum in instrumento probetur, vide Bar.& Christ, hic.

o ¶ In prouincijs.quasi dicat talia prædia

sunt: inter [a] quæ nec non & Italica prædia, ex nostra constitutione [b] nulla ẽ differentia: [c] sed si quidem [d] ex causa donationis aut dotis, aut qualibet alia ex causa tradantur, [e] sine dubio trãsferuntur. [f]

¶Dominiũ rei vẽditæ non transit in emptorem, ẽt si res tradat, nisi pretium sit solutũ, vel aliter satisfactum, aut habita sit fides de pretio. h. d. ex. l. qua rõne. §. hæ quoq;. ff. de acqu. re. do. Are.

¶ Venditæ† vero [g] res [h] & traditæ, non aliter emptori acquiruntur, q̃ si is vẽditori pretiũ soluerit, vel alio modo ei satisfecerit: veluti †expromissore, aut pignore [i] da-

dia non sunt in Italia.

*¶ Recte interpretatur Accur. Nam stipendiariæ seu tributariæ omnes prouinciæ popu. Roma. erant, Italia non erat, & si quæ vrbes ius Italicum haberet: vel cõfœderatæ essent. l. vlti. C. sine censu. & l. j. ff. de censi.]

a¶ Inter quæ. scilicet prouincialia.

b¶ Constitutione vt C. de vsucap. transf. l. vnica.

c¶ Nulla est differentia. s. quantũ ad dominij translationem, vt C. de vsuc. transfor. l. vnica. sed quantum ad tributa est differẽtia C. de epi. & cle. de his.

** Adde pulcherrimam glo. in l. vlt. C. sine censu vel reli.]

d¶ Sed si qdẽ. vere nulla ẽ dr̃ia, sed si &c.

e¶ Tradantur. scilicet stipendiaria prædia & tributaria.

f¶ Transferũtur. s. prouincialia prædia, sicut italica: & est verum in omnibus: nisi scriptura necessaria sit. sm Io. vt C. de suffra. l. vnica. §. q si prædia. Itẽ sunt vera, si accipiens inducatur in vacuam possessionem, secundũ quosdam, vt C. de prob. cum res. Io. contra, vt ff. de fundo. si fundum. & de acqui. rer. do. homo liber. §. quicquid sufficit enim induci in possessionem, licet non vacuam. Quod autem in d. l. de proba. dr̃, demonstratiue, q sic euenerit, non causatiue dicitur.

SYL. ¶ Et hæc cõiter approbatr̃ sm Christ. hic.

¶ Venditæ. Quia dictum erat, q ex iusta causa facta traditio transferebat dominium: fuit dubitatum, an hoc haberet locum in emptione & venditione cuius contractus frequentissimus est in dominij translatione. l. j. ff. de contrah. emp. & videbatur q sic: causa enim venditionis erat iusta, & contractus erat talis, qui solo consensu contrahitur: ideo videbatur ex sola voluntate, iuncta traditione, dominium transferri: cuius contrarium dicitur, *q quanquam sit perfecta venditio, simul atq; de pretio cõuentum est, licet nondũ numerato. j. de empti. in prin tamen dominiũ non transfert, nisi vel pretiũ sit soluũ, vel alio modo satisfactum, vel de eo habita fides. lex enim voluit tantisper quasi pignus rem venditã apud venditorem manere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. licet als suæ rei pignus non cõstituatur. In vers. nihil autem. casus est in facili: ratio decidendi sumitur ex reg. qui per aliũ facit &c.] No. in contractu emptionis pretium necessarium, vel q de eo fides habeatur, vt dominium ex traditione trãsferatur. Item, q idem operatur procurator vel negociorum gestor in transferendo dominio, quod operatur ipse dñs. Itẽ, q qui per aliũ facit, per se facere videt.]

† Facit ad hũc § gl. j. in c fi. extra de pig.

† l. fideiussore. l. § satis acceptio ff de ver. obli.

g¶ Vero. pro sed.

h¶ Res quæ loco pignoris à venditore teneri possunt, vt ff. de act. emp. Iulianus §. offerri.

SYL. ¶ Intellige improprie, quia dominium & pignus non concurrunt. l. neque pignus. ff. de regu. iur. est enim dominiũ reuocabile & quasi pignus & sic dominiũ & pignus fere improprie.]

** Adde post traditionem, non posse dici hypothecatam pro pretio, nisi ita ab initio venditor pepigisset, secundum Bal. in l. vlti. C. commo. & in l. eum cui. C. de actio. & oblig.]

i¶ Pignore. Quod sic intelligo, si placeat venditori aliud, quàm pretium accipere, aliàs non, vt ff. si cert. pet. l. ij. §. j.

¶ Dato

a ¶ Dato. poterit ergo vendicare. venditor. C. si nō fuit de pretio satisfactum, vt ff. de tribu. l. procuratoris. §. sed & si dedi mercem. nisi emptor tunc pretium offerat, vt ff. man. diligenter. §. j. in fi. & ff. de prec. l. ea

Tali quidem quæ.

* ¶ Adde, ꝙ pretio soluto transferē dñiū rei venditæ & traditæ, si venditor fuerit dñs: vt s̄ §. præced. alias n. solum transferť in bonæfidei emptoré ius cā vsucapiendi. l. de ptio ff. de publicia.]

b ¶ Lege xij. tabu. quæ est ius ciuile, vt ff. de iust. & iur. l. ius ciuile. C. hoc igitur. nō solū gentium.

to: a quod † quãquã cauetur lege b duodecim tabularũ, tñ recte dicitur, & iure gentium, idest, iure naturali c id effici. Sed si is, qui vendidit, d fidé emptoris e secutus fuerit, dicẽdum est statim rem emptoris f fieri. Nihil g autem interest, vtrũ ipse dominus tradat alicui rem suam, an voluntate eius alius, cui eius rei possessio permis-

SYL. ¶ Hæc verba ostendunt, ꝙ gl. non meretur declarari & suppleri, vt p Christ. hic, q debuit aduertisse dum dixit, ꝙ non solum iure g. sed etiam iure ciuili, receptione scilicet & approbatione dominiū transfertur.]

* ¶ Verba L. xij. tab. hoc modo concepta fuisse Riuallius scribit. Venditæ res & traditæ, post pretiū solutum, aut si alio modo satisfactum existat, emptori acquiruntur.]

c ¶ Iure naturali. sic dictum est, ꝙ naturali ratione inductum fuit, vt s̄. de iure natu. §. quod vero & §. sed naturalia.

d ¶ Vendidit. & tradidit.

e ¶ Fidem emptoris Quid si dedit diem ad soluendum? Respon. non facta solutione vendicat. fm Io. † vt C. de pact. inter empt. & vend. l. commissoriæ: potest tñ contradici: quia aliud est simpliciter diem solutioni statuere, aliud pactũ legis cōmissoriæ ponere. Item, quid si simpliciter tradat? Rñ videtur sequi fidem, nisi contra probetur, vt qa forte dicebat emptor præsenté habere pecuniam, vt

† In cōtrariū é veritas: quia hic videť habēdem d ptio, & transfert dñiū, etiā si pactatus est se nō concedere vltra de cem dies fm Ang.

arg. ff. de pig. act. l. ij. Et arg. contra. ff. de trib. procuratoris. § sed & si dedi.

¶ Hæc gl. cōiter approbať, vt dicit hic Christo.] SYL.

f ¶ Emptoris fieri. Nisi in casibus. vt ff. de iu. fi. l. si pro curator. § fi. & ff. de re iudi. à diuo Pio. §. sed si emptor.

sa h sit. Quarōne ı̄ cui libera i vniuersorum negociorum administratio permissa fuerit a dño, isque ex his negociis rem vendiderit, & tradiderit, faciet eam accipientis.

¶ Venditione, vel alio titulo habili, transfertur dñium in eum, penes quē res erat sine traditione. h. d. ex. l. qua ratione. §. interdũ, ff. de acqui. re. do.

** Sed quid si ita vendatur, vt nō transfeat dominium in emptoré nisi prius soluto ꝑtio, vtrum teneat hoc pactũ? & est hic arg. ꝙ sic: sed in cōtrarium videtur tex. in l. pen. §. vlt. ff. de contrah. empt. de qua. q. vide Bal. in rub. C. eo. ti. & latius Tiraq. de retrac. ligna. §. ij. gl. nu. xxxiiij. cum seq & receptius est, valere eo modo conceptum, sed si concipiatur simpliciter, ne transfeat dominiū rei emptæ, secus est, vt in d §. fi.]

g ¶ Nihil. Quod enim quis per alium facit, ipse facere videtur, vt ff. de vi & vi. ar. l. j. § deiecisse & j de iniur. §. non solum. & ff. de iniur. l. item apud. §. fecisse.

h ¶ Permissa sit. Vel ab ipso domino, vel ab alio domini voluntate.

i ¶ Libera Secus in gñali procuratore, q nōn habet liberã, vt ff. de procu procurator cui & l. procurator totorũ. sed Mar. distinxit inter procuratorem totorũ bonorum. vt ibi. & vniuersorum, vt hic.

¶ Prima opi. verior est fm Christo. hic.] SYL.

ADDITIO. Dic plene p Bar. in l. procurator cui libera ff. de pc. & q ñ, & quō dicatur libera concessio, vide ibi Bar. & Ang.

Limita húc. §. nō procedere, vbi lex inhibet alienationé, licet cōcurrat oīa req̄sita in hoc. §. gl. ver. si vult. in c. eos. j. q. j.

¶ Interdum. Casus. Quærebatur, si tibi commo- SYL.

commodaueram, vel in depositum rem meam dederam, quam postea tibi vendam, an sine noua traditione dominiū quæreretur?& videbatur q nō;quia traditionibus,non nudis pactis,dñia transferri solent.l. traditionibus. C.de pac Contrarium deciditur:quia reuera traditio fuit facta:& licet facta fuit ex causa inhabili ad dominium transferendū, tamen cū postea successerit titulus & causa habilis,ex quo concurrit volūtas mea intendentis rē in alium transferre,cōiungit traditio præcedens cū tit.sequenti, & mediū ipsius non nocet.l. sed & si §. solemus. ff.de hær. insti. No. q traditio ex causa inhabili conualidat ex causa habili sub sequenti.Item,q titulus dotis est habilis ad dominium transferendum.]

¶ Interdū etiā sine traditione, nuda [a] voluntas dñi sufficit ad rem transferendā : veluti si rē, quam tibi aliquis cōmodauerit, aut locauerit, aut apud te deposuerit, postea aut vendiderit, tibi,aut donauerit, aut dotis nomine dederit. q̄uis enim ex ea causa tibi eam non tradiderit, eo tamē ipso quod patitur tuā esse, [b] statim tibi acquiritur proprietas, † pinde ac si eo † nomīe tradita tibi fuisset. † i. dñiū sicut & supra eo. ti. §. litterū & infra seq. pe. † i. causa

¶ Traditio clauiū transfert dominiū mercium repositarum sub clauibus, hoc dicit. ex l. qua ratione. §. item si quis. ff.de acqui. rerum domi.

¶ Itē si quis [c] mer-

Dñiū sine traditiōe aliqñ trāsfertur. a ¶Nuda.Scilicet à traditione: sic. C. de pact.l.traditionibus. Itē in alijs casibus dominiū sine traditione datur,qui possunt his legibus notari, vt ff. de acquir. possess.l.j.§ si iusserim.& §. idemque respon.& l.quod meo. §.si venditorem.

SYL. ¶Ratio,quia eo casu iussus est loco traditionis.]Et l.quarundam.

SYL. ¶Ratio, quia persona custodis sustinet vicem personæ meæ.]Item.C.de acquir. pos.minus.& C.de dona.l.j.

SYL. ¶Quia illa traditio instrumentorū subrogatur vice traditionis rei.]Et l.quisqs

SYL. ¶Ratio,quia constituendo me vsufructuarium, in necessariam antecedentiā dicor transferre dñium, quod alter esse non potest.] Item si volens tibi tradere dñium,nomine tuo me constituā possidere,vel cōducā à te,vt ff. de acquir.pos. quod meo.& de rei ven. quædā mulier.

SYL. * ¶Ibi non agitur, q dominiū sine traditione trāsferatur,sed q traditio facta censeatur.Limita tñ hunc tex. vltra glo. non procedere in transactione.Ias. in l. postq liti.in princ. C de transac. nec qñ ex illo titulo orit obligatio naturalis, nō etiā actio, Soc. in l.j. col. ij. ff. de condi. indebi. nec in contractu conditionali, Areti. in l. certu condictio. §. deposui. ff. si cert. pet.nec vbi vēditor ignorat rem esse apud emptorem, secundū Ias. in d. §. deposui. col.ij. Item declara, sufficere titulum habilem ad transferendum dominium sine noua traditione, cum res ab initio existebat apud te ex voluntate mea,non si citra voluntatem meā, Bar. in d.§.deposui.]

b ¶Tuam esse.Si res est præsens, vt ff.de rei ven.eius. & l. hæc si. Vel hic in vera venditione,ibi in ficta,vt ff. ꝑ empt.l.ij.

* ¶Declara ꝑm gl.& Doct.in d.l. hæc si rem intelligi præsentē ,.si est penes possessorem,licet nō sit coram partibus, cū contrahitur ad transferēdum dñium.] Item hoc est verum,si pretium sit solutum,vel satisfactum, vt s̄.eo.§. venditæ SYL.

¶Itē siquis. Casus. Quærebat an ex traditione clauiū puta domus, merciū ibi inclusarū traditio recte facta intelligeret: & videbat q nō:quia cū claues non sint qd cohærēs mercibus, nō videbatur ex eis inferri posse ad traditionē realem ipsarū merciū. Cuius contrariū decidit hic,& in l.clauibus.ff.de contrah. emp. quia ex traditione clauiū tradit instrumentū immediatum,per quod ingredimur ad possidendū. Not. q ex traditione clauiū censetur tradita possessio eorum,quæ clauduntur sub clauibus.] SYL.

c ¶Item siquis. † Hic est casus, vbi sine possessione

† Ista gl. nō est Ac cur.sed est additio

ces in horreo depositas[a] vendiderit, simul atque [b] claues horrei † tradiderit emptori, transfert [c] proprietatem mercium ad emptoré.

¶ Missilia & habita pro derelicto fiũt occupantis. hoc dicit, ex l. qua ratione §. hoc autem. ff. de acquirendo rerum dominio.

¶ Hoc amplius; [d] interdũ & in incertam [e] personam collata volũtas domini transfert rei proprietatem. Vt ecce, Prætores & Consules, † cum missilia [f] iactant in vulgus, ignorant † quid eorum quisque sit excepturus: & tamen quia volunt, quod quisque exceperit, eius esse, statim eũ dominũ efficiunt. Qua ratione veri⁹ esse videtur, si rem pro derelicto a dño habitam occupauerit quis, statim eũ dominũ effici. Pro derelicto autem habetur, qđ dominus ea mente abiecerit, vt id in numero rerum suarũ esse nolit: [g] ideoq; statim dominus eius esse desinit. [h]

possessione tradita acquirit dominiũ & alios habes notatos. ff. de rei vendic. l. si ager.

a ¶ Depositas. idest repositas.

b ¶ Simul atq;. Idest statim postq̃, vt s. eo. §. ferę. & j. de emptio. & ven. in prin.

c ¶ Transfert proprietaté, et possessionem.

† alias ẽ sui.

Et quod dixi de proprietate, verum est, si dñs est tradens: aliàs causam pstat vsucapiẽdi, si hęc fiát corá horreo, & hoc ppter pręsenté visionem rei, vt ff. de contrah. emp. l. cla uib⁹. & de acqui. poss. l. j. §. si iusserim.

SYL.

¶ Limita p. c. contingit. de dol. & contu. si non potest venire in conspectũ rei iusta ex causa.]

† alias qui

Et sunt hæc in ar. vt si vendam equum, quem tradam per frenum, vel capistrum, vt dominiũ transeat. Accur.

SYL.

* ¶ Hoc amplius. Casus. Quærebatur, an ex traditione i incertá personam facta dominium transferatur: & videbatur dicendum, q non, cum in dominio transferẽdo concurrere oporteat animũ ab vtraq; parte cõtrahentium. l. in omnibus rebus. ff. de actio. & obli. cuius cõtrarium deciditur, quia cum dñs omnino velit dominium in quemcunq; accipientem conferre, nihil magis cõuenit ęquitati naturali, q̃ vt eius volũtas rata habeatur. Quod vero subditur de re p derelicto habita, manifestam habet rationem: nam cum dñs eam abiecerit eo animo, vt nolit esse in numero rerum suarũ, & p hoc effecta sit in bonis nullius, consequens est, vt occupanti concedatur.] Not donationé collatam in personam incertam valere, quáuis legatũ non valeat. Item, q inueniendo vel accipiẽdo rem habitam pro derelicto, statim efficitur dñs. Item, quando dicatur haberi res pro derelicto.]

† alias qd.

d ¶ Hoc amplius. s. est hic quàm supra i alio casu: qa supra semper i personá certam, hic in incertam.

e ¶ In icertá. arg. cõtra j. de leg. §. tutor.

Missilia vñ dñr.

f ¶ Missilia. Sic dicta, quia in populum mittũtur siue proijciuntur, vt illuc curré te multitudine possint Prętores vel Consules pertransire, vt i coronatione dñi Papę vidi, vt ff. pro derelic. l. si id quod. §. id qđ & in auth. de cõsul. coll. iiij. §. hęc itaq;. ibi, argentum &c.

* ¶ Antiquit⁹ principes Romanos spargere solitos esse missilia non solum pecuniarum, sed etiá aliarũ rerum, obseruare licet ex Sueto. in Nerone.]

g ¶ Nolit vere, vel legis interpretatione vt in authen. de nup. § & multo potius. coll. iiij. & C. de infan. expo. l. ij. & C. de lat lib. toll. l. j. §. sed scimus.

h ¶ Definit. si abiecit, vel habere desijt rem immobilem: alioquin possessioné perdere potest, non dominium, vt ff. de acquir. poss. l. si quis. §. differẽtia. & ff. pro derelict. l. j. & ij.

* ¶ Adde, diuersum esse in missibilibus: quorũ dominium manet prioris dñi, donec

Instit. P

donec ab aliquo excepta sint. neque enim regulariter quisquam dominium rei suæ ante amittit, q̃ alteri, cui velit, acquisitum sit, vt no Bar. in l. si ego. ff. de nego. gest. per l. nec vtilem. ff. ex quib. cau maio.]

Adde, quod hodie extat noua constitutio Imp. Friderici, in authét. nauigia. C. de fur. qua tuetur res naufragio eiectas, dominisq; integras conseruari iubet.]

b Fluctibus idest vndis.

S Y L. * Pro declaratione istius gl. & materiæ vide Alex. in d. §. differentia. in prin glo. j. quam optime declarat.

ADDITIO.

Casus. Quærebatur, an illa verba (quoquomodo voluntas constet, habeatur pro testamento) generaliter intelligerentur: & videbatur dicendum quòd sic. quia indefinite dicitur, quoquo modo inueniatur voluntas cum scriptura, vel sine, valeat. Tamen dicitur contrarium, declarando quod intelligitur, quando re vera constat voluisse testari: quia aliàs illa non est voluntas: puta si per iocum. aut aduiatorie quid dictum sit. Not. quòd priuilegium concessum alicui actui intelligitur, si ille actus fit. Item, quòd per priuilegium militum tam latum non remittitur numerus duorum testium, quod est de iure naturali. Item, quòd mulier potest esse testis in testamento militis. verbum enim homo, ad eam trahitur. Item, quod in testamento militis requiritur rogitus testium Item, quod nomen hæredis debet exprimi a milite. Item, quod verba iocosa non disponunt] S Y L.

d ¶ Plane. Rescripsit. Vt ff. eodem diuus.

a ¶Hominibus saltem duobus, vt ff. eo. Lucius. & ff. de testi... vbi. & hoc est, qñ in tentorio: si autem in conflictu belli, nullo etiam teste vocato, vt C. eod. milites. (i) si át est domi, iure cõi, vt s. eo. §. illis.

Adde similé gl. iij. ti. j. §. ul

ADDITIO (i)

Debet tamen aliquo modo de voluntate constare, vel per duos testes, vel per cõparationé literarum, vel alio modo, & facit vt remissa penit⁹ omni solennitate, non de naturali, sed ciuili tantũ intelligat᷑ Ang.

b ¶ Sermonibus. Forte causa demonstrádi, vt magister discipulo, vel ludi causa, vt ff. de act. & obl. l. obligationum. substátia. §. fi. vel affectionis, vt ff. de iure codicil. literæ. †

¶ Adde vel per antiphrasim. l. cum quidam. cum glo. in verbo. affectionem, C. de lega. vel oblatiuis: gl. in l. ij. C. in quibus ca. col. capi. censi. lib. xj. vel cómendatiuis. l. si vero non remunerandi. §. cum quidam. ff. mand. vel enuntiatiuis. l. ex hac. ff. de dona.]

c ¶ Nec vllorum. Sic. j. ad l. Falcid. circa prin. sic. C. de rescin. ven. l. ratas.

¶ Quinimmo. Casus. Quærebatur, an mutus vl' surdus, milites, testari possint: & dubium faciebat tex. in §. item surdus. j. tit. j. Tamen contrarium decidit᷑: quia in milite testante non requirit᷑ formalitas solénitatũ, sed sufficit quoquo modo de voluntate constare: de qua ét constare potést per signa & nutus. Ideo miles surdus, vel mutus, testari possunt

ad hoc hominib.[a] vt voluntatem suã testaretur, ita locutus est, vt declararet, quem vellet sibi hæredé esse, & cui libertaté tribueret: pôt videri sine scripto hoc mõ eẽ testatus, & voluntas ei⁹ rata habenda est, Cæterũ si (vt plerũq; sermonibus[b] fieri solet) dixit alicui, Ego te hæredé facio, vl', Bona mea tibi relinquo: non oportet hoc pro testamento † obseruari. Nec[c] vllorum magis interest, q̃

† Als seruari.

† Tu dic q̃ nulla verba operanẽ testám, nisi appareat qđ voluerit testari & ad hoc se disposuerit, secus in contracti

S Y L. bus vbi in dubio verba præsumuntur obligatoria: nisi aliud ex coniectu ris appareat.

S Y L. In verbũ relinquo, importet institutioné, legatũ vel fideicõ. vide Io. Fab. hic.

No. summarium: Item, q̃ miles potest nutu instituere hæredem, intellige, nisi aliter nominare possit. Item q̃ nõ solũ mutus, vel surdus testari possunt, sed mutus & surdus simul.

ipsorum, quibus id priuilegium datũ est huiusmodi exémplum nõ admitti: alioquin non difficulter post morté alicuius militis testes existerent, qui affirmarent se audisse dicentem aliqué, se relinquere bõa, cui visum sit: & p hoc vera iudicia subuerterétur.

¶ Miles, licet sit mutus, vel surdus, tamen testat᷑. Aret.

¶ Quinimmo[d] & mutus,[e] & surdus miles testamétum facere potest.

d ¶Quinimmo. Hét priuilegiũ circa solénitatem: quinimmo & circa substantiam testi: vt qui aliàs testari non posset, hic tamé possit, vt ff. eod. l. iiij.

e ¶ Mutus. siue natura, siue casu, vt sit priuilegiũ aliquod, vt C. q̃ te. fa. po. l. discretus. & hoc iure naturali, vt ff eod. iure militari. Accursius. Dum modo appareat ipsũ sic voluisse testari p signa sua quæ per notos potuerunt interpretari.

Additio.

* ¶ Adde similem glo. §. Item surdus. in ver. cęteris. & ibi Aldobran. j. tit. j.]

¶ Sed hactenus. Casus. Quæsitum fuit, an post missionem durét priuilegia militum: & videbatur quòd sic, in memoriam pristinæ militiæ, quasi hæc perpetuo concessa sint. Cuius contrarium deciditur: quia cum ratione occupationum militarium concedantur, his cessantibus cessát priuilegium. datur aũt anni spatium ad mutandum testamétum: & ideo conditio veniens post annum non vitiatur, quia retrotrahitur ad diem mortis, vel aditę hæreditatis, vt dicitur in gl. Not. quòd priuilegiũ concessum respectu certę qualitatis durat ea duráte. Item, q̃ cessante causa priuilegij cessát priuilegium. Item, q̃ miles non exercens militiam non gaudet i[...]

[...]litum

militum priuilegio. Item, quòd testamentum iure militari factum durat p annum post missionem. Item, quòd cõditio retrotrahitur. Item, quòd ad validitatem testamenti inspicitur tempus mortis non cõditionis existentis.]

a Sed hactenus. Quidam ducũt hic nõ esse § & asserunt, quod omne priuilegium, quod habet miles, perdit, cum redit de militia. Sed nos dicimus. § hic esse, & distinguimus inter priuilegiũ, quod habet vt testet qui aliàs testari non potest, vt filiusfamilias, & mutus, vt illud duret post reuersionem, vt supra proxi. §. & §. sed testari. & ff. eod. Tribunus. in princ. Alia vero priuilegia, quę habet in testando, finiãtur, vt hic, & s. eodem. §. illis autem.

† Idem Pla. hic.

Adde, quod opin. glo. communiter tenet hic, quod etiam post missionem filiusfam. & mutus testentur.]

Ad hanc gl. uide Iul. Clar. de testa. q. xix. attestatur esse communiter approbatã.

b Illis. s. militibus, vt reliqua priuilegia. s. de numero testiũ habeãt in testãdo: & & sic nõ refertur ad proximũ. §.

c Post missionẽ honestã. s. finito tpe militiæ: vel causariã, si ante tempus ex necessitate recessit: † si aũt ignominiosa est missio, desinit statim valere, vt ff. eo. testamenta eorum. & C. eod l. ex testõ. Sed si miles de capitali crimine damnatus fuerit: si quidem de cõmuni: vt homicidio, & simili, non poterit amplio testari. ff. de ve. & mi. suc. l. j. in fin. Si autem militari vt quia alienauit arma vel similia, quæ numerantur ff. de re mil. l. ij. & iij (& idem etiam de fide rupta) non potest testari, vt ff. eodem l. ex militari. aliàs poterit in castrensibus tantum, si ei hoc in sententia permissum fuerit, aliàs non, † vt ff. de iniu. rup. testa. l. si quis filio exhæredato. §. sed & si quis fuerit capite & de leg. iij. l. si quis in prin. §. miles.

† Et dicit Angel. quod scholaris absens a studio p quinquẽnium per dit priuilegium.

Miles post missionem iure cõmuni testatur: & ante factũ testamẽtum valet ĩtra annũ, et quod cõditio in eo adiecta duratur post annum. h. d.

Sed hactenus[a] hoc illis[b] a prĩcipalibus constitutionibus cõceditur, quatenus militãt, & in castris degunt. Post missionẽ[c] vero veterani, vel extra castra alii, si faciant adhuc militantes testamẽtum, communi omnium ciuiũ Romanorũ iure id facere debent. Et quod in castris fecerint testamentum, non communi iure, sed quomodo voluerint, post missionem, intra annum tantum valebit. Quid ergo si intra annum quis decesserit, conditio autẽ hæredi adscripta post annum extiterit, an quasi militis testamentum valeat? Et placet valere[d] quasi militis.

† Facit ad hoc text. in l. cum hic. §. si miles. ff. de dona. inter vir. & vxo.

Adde. quod hoc in pagano fieri non posset. d. §. miles nisi ex causa, vt per Alex in l. & milibus. C. eod. & dicunt doctores hic]

d Valere. Quia conditio retrotrahitur, vt ff. de peri. & com. rei vend. l. necessario. §. j. & q. po. in pig. hab. l. vlt. & facit. ff. eo. quod dicitur & l. quod constitutum.

Sed & si quis ante militiam. Casus. Quæsitum est, an testamentum non iure factum a pagano, si miles efficiatur, & aliquid addatur, confirmetur: & videbatur quod non: quia cum a principio non valuerit, non videtur, quòd possit ex tempore aliquo modo confirmari. Cuius contrarium respondetur ea ratione: quia cum aliquid addat vel minuat, videtur nouum quid facere. l. Ius ciuile. ff. de insti. & iu. vnde sicut si ita disposuisset tunc valeret, ita debet valere, quando constat, quod illam voluit esse suã voluntatem. Item dubitabatur, nunquid capitis diminutione, testamentũ prius factum irritaretur in milite: & ratio dubitandi colligitur ex §. ex alioq. quib. mod test. infir. Tamen contrarium deciditur fauore militiæ, quia si durauit

sauit in eadem voluntate, facit testamentum valere. Not. quòd testamentum non iure factum ante militiam nô valet, etiam eo effecto milite, & nihil aliud faciente. Item: quòd aperiens testamentum ante factum videt illud velle inualidare, nisi alia adijciat: & ita colligitur hic in ver. & quædam adiecit: ex quo nota imperitiâ aliquorum hic, qui intelligebant resignare, idest sigillare: nam resignare importat aperire. Itê, quod addens aliquid & detrahens in cæteris videtur approbare. Item quòd addens vel detrahens dicitur de nouo facere. Itê quòd agitur ex confirmante, non ex confirmatio. Itê, quod militis testamentum capitis diminutione non irritatur.]

* ¶ Male notat hoc ex ipso tex. quia hîc est noua voluntas, & consequenter nouum testamentum.

e ¶ Valet. quod resignauit postea. Vel dic, sicut nunc de nouo facere potest, vetus non rescinditur & secundum hoc dic, noua voluntate tacitâ. licet tacitâ aliud in pagano, vt infra quibus mo. test. infir. §. alio:

¶ Sciendum. Casus non est figurandus, cum referat concessionem & priuilegium quasi castrensibus tributum. Nota quòd filiusfamilias in quasi castrensibus recte testatur, si iure communi testamentum cô faciat. Item quòd quando aliquid facere conceditur in priuilegium alicui, intelligitur concessum, vt illud faciat secundum legum ordinationem.]

¶ Testm factû ante militiâ sine solênitate valet, si post militiam apparet de militis voluntate. idem, si miles post. testm fuerit capite minutus. Accr.

¶ Sed & si quis ante militiam nô iure fecit testamentû, & miles factus, & in expeditione degês resignauit[a] illud, & quædam adiecit,[b] siue detraxit,[c] vel alias manifesta est militis volûtas hoc valere volentis: dicendum est valere hoc testamentum, quasi ex noua[d] militis voluntate. Deniq; & si in arrogatione datus fuerit miles, vel filiusfamilias emâcipatus est, testamentû eius †quasi ex noua militis voluntate valet: nec videtur[e] capitis diminutione irritum fieri.

† Al's quasi miles ex noua voluntate valet.

¶ Filiusfamilias in quasi castrensi potest facere testamentû §m ius commune Acc.

S Y L.

¶ Sciendum tamê est, quod ad exêplû castrensis peculij, tâ anteriores leges[f], quâ principales constitutiones[g] quibusdam[h] quasi castrensia† dederunt peculia, & horû quibusdâ permissum erat, êt

† Al's deinde.

a ¶ Resignauit. idest sigilla aperuit, & remouit, vt ff. eodem. l. Tribunus. §. cum aliquis.

b ¶ Adiecit Vt. ff. de iure cod. l. conficiuntur. §. si miles.

c ¶ Detraxit. †Nota ex hoc verbo, quod detrahens in vno articulo, in alijs confirmare videtur. Et sic nota inducta ad vnum finem operari contrarium: quod facit, vt per instrumentum emphyteuticum probetur dominium. Ioan. Fab.

† Alia glo. non est Accu. sed Io. Fab.

d ¶ Ex noua. Nota, quod ab initio non valuit ex post facto tamen conualescit.

f ¶ Leges. s. Digestorum, vt. ff. de col la. bon. l. j. §. nec castrense.†

† Adde l. j. §. hoc autê. ad Sen. Tertul.

g ¶ Constitutiones. vt C. de assesso. l. velut, & C. de aduocatis diuerso. iudicio. lege, Fori. & aliæ plures. Accursius.

h ¶ Quibusdam, vt Consulibus, & præfectis legionum, & prætidibus prouinciarum, qui sunt filijsfamilias, vt C. de inof. test. l. si.

* ¶ Adde alias personas, quas enumerat Accur. in §. j. in ver. castrensibus: S. tit. ij.

a ❡ Constitutio. C. de Inoff. test. l. fin. b In huiusmodi. Scilicet cas. & quasi: nã in aduentitio non potest, licet habeat proprietatem, vt C. de bon. quæ lib. l. fi. §. filiis autem familias.

SYL. c Adde hoc verum etiam in ijs aduentitijs, in quibus patri non quæritur vsusfructus, secundum communem opin. in l. j. §. in filij. ff. ad Treb.] De hoc latissime Iul. Cla. de testa. q. xviij.

† Ad. qd infa co-stituit io laci' &c.


† Ad. in his tãtũ modo ps culiis.

e ❡ Iure cõi. Nisi sit miles i castris, vt s. e. in prin. Ité tale testamétum non expugnatur per querelam inofficio. si testamentu - vt C. de inoff. testa. l. fina.

in potestate degentibus, testari: † nostra id constitutio a latius extendens, permisit omnibus † in huiusmodi b peculiis testari quidé, sed iure cõmuni: c cuius constitutionis tenore perspecto, licentia est nihil eorum, quę ad præfatum ius perti nent, ignorare.

¶ Quib' nõ é pmissum facere testm.

¶ Filius in potesta te testari non potest, etiam patre cõsentiente, nisi de pe culio castrensi, vel quasi: de quo & veteranus, patre etiã inuito, disponere potest. h. d.



On d tamé omnibus licet facere testm. Statim e. n. ij, qui alieno iurisubiecti sũt, testĩ faciendi ius nõ habẽt: adeo quidé, vt quã

ADDITIO. Dic, q hodie hoc nõ est verum: immo subiacet querelæ, pm cõmunem sententiam, si parentes præterreat, vel exhrdet sine cã vt §. & hæc q dé. in auth. vt cum de appel. cognosci. Ang.

SYL. Cõti nua tio. ¶ Quibus non est permissum facere testamentum. ❡ Quia continuatio fit per glo. j. quę communis est, non expedit aliter continuare: præsertim cum Imp. ipse annectat titulum hunc præcedenti bus in primis verbis.

Diuiſio. N Oñ tamen. ❡ Iste titulus diuiditur in septem partes: quia enumerantur septem gradus personarum. Et primò ponit de filiofamilias. Secundò de impubere. Tertiò, de furioso. Quartò, de prodigo. Quintò ponit de surdo & muto. Sextò, de cæco. Septimò, de capto ab hostibus. Secunda ibi, Præterea. Tertia ibi, Item furiosi. Quarta ibi, Item prodigus. Quinta ibi, Item surdus & mutus. Sexta ibi, Cæcus. Septima ibi, Eius qui. Aret.

Casus non figuratur aliter cum tradat doctrinam, & enumeret personas prohibitas testari. sola enim difficultas videbatur, quòd quamuis quis filiusfam. testatus sit, si tamen cum tali testamento decesserit iam effectus paterfa. profecto videbatur testm valere: quia cũ testamentum accipiat confirmationem ex morte, illud tempus videbatur inspiciẽdum: quia eo tempore re vera potest dici testatoré id disponere, qd facit. Cuius contrarium deciditur ex regula, Quę ab initio non valent, tractu temporis non confirmãtur: cum hic nõ præsupponatur aliqd aliud interuenisse, nisi cursus temporis nõ aliquis actus positiuus, vt in §. sed & si quis. s. ti. j. No. q edictum de testamentis est prohibitorium certarum personarũ. Item, quòd filiusf. nõ testat nisi in peculio castrẽsi, vel quasi. Item, q per militiam quis nõ liberatur a potestate patris. Item, q creditores patris non habent regressum cõtra peculium castrense filij ratione debitorum patris. Item, q testamentũ nullum, tractu temporis, etiã cessãte impedimento, ob quod non valet, non reassumit vires.]

d ❡ Non tamen. Videbatur quemlibet seruantẽ. s. dicta posse testari: sed cõtrarium est in tredecim casib. qui in titulo isto pro parte dicunt. † Et hoc est, qd dicit, non tñ &c. & no. j. eo. § fi. Accur.

† Ista gl. c'' appro bata per Ang. hic

e ❡ Statim, id est in primis: vel statim. i. eo ipso.

te Sed hodie indistincte per alium scribere pôt nomen hæredis, vt in auth. vt sponsa.larg.§.quia vero coll.ix.
a ¶ Tenorem. Est aût tenor: si pôt scribere, faciat; als dicet corā testib⁹,& scribetur per alium, vel p aliquos de eis, aliàs non valet, imo falsi pœna tabellio tenetur: vt C. eo, iubemus. in fi. Accur.

ADDITIO. Quod est verum: qñ solénitas non fuit obseruata, nec scripta in testō, secus si fuit obseruata, licet non scripta, vt l. si librari⁹. ff. de reg. iur. Ang

tur signacula autē & testiū numer⁹, ex edicto Prętoris.

¶ Sed his omnibus a nostra constitutione propter testamētorū̃ synceritatē, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additū est, vt per manus testatoris, vel testiū, nomen hŕdis exprimatur, & oīa fm illius cōstitutionis tenorem [a] procedant.

** Adde, q̃ est piculosū facere huiusmodi testamēta in scriptis, quia si morereť vnus ex testib⁹ ante aperturā, q. nō posset recognoscere suā subscriptionē & signū, nō valeret, vt no. Bar. in l. ij. I ptin. ff. quęad. testa. aper. verū ad euitandum hoc periculum, adhibeas cautelas quas tradit Bar. C. ę pol. caut. lxxxviij.]

SYL. ¶ Possunt. Casus Quæsitū fuit, an vno annulo tm̃ testēs signari posset a testib. & videbať dicendū q̃ non. cū signacula facta sint: vt difficilius falsificari possit inuenta. n. est ad hoc tanta iuris solénitas in testō l. fi. & ibi no. C. eo. Tñ decidit contrariū: assignat aūt Imperator rationē a possibili, ex quo possibile est annulos vnicam & eandem habere imaginem, quo casu liceret, ita liceat vnico vti. Sed tunc quæsitū est, an aliēo annulo signari possit: & dubiū faciebat q̃ aliàs vř proprium signū apponendū, c. inter dilectos de fide instr. l. decernimus. C. de aquędu. lib. xi. cuius contrariū deciditur, quia satis est hoc attestari & recognosci a teste, vt j. dicetur. No. q̃ testm̃ ab omnib. testibus, vel plurib. ex eis pôt vno annulo signari. Itē, q̃ si sint septem annuli vna sculptura, valet signatio. Item, q̃ valer argm a possibili. Itē. q̃ alieno annulo signari pôt testm̃.]
b ¶ Annulo. s. habente characteres: qui signatorius dř, & sic est in eo sigillum, non aūt alio signo, vt ff. eo. ad testiū. §. signū. & de ver. si. l. signatori⁹ Adde, q̃ signās aliēo annulo seu sigillo debet in ei⁹ subscriptiōe id dicere. Specu. de prob. §. videndū. vers. & no. in glo. j. quod & Ang. hic tradidit.
c ¶ Testm̃. vel ēt liteū. s. quo inuolutū ē testm̃, vt ff. e. ad testiū. §. fi.
d ¶ Visum ē. Hac rōne & cū trib⁹, vel paucior ib⁹ vel plurib⁹ pôt signari testm̃ arg. j. man. §. is q exeqtur. Alij dicunt tantum cum septem vel vno debere signari.
¶ Adde, q̃ hæc vltima opin. est falsa ex argumēto Papiniani quia I septē signis possent esse tres eiusdē imaginis & tñ valeret testm̃. eodē mō si sunt plures annuli arguēdo: vt arguit Imperator hic.
¶ Testes autē. Casus non figuratur, qa procedit tradēdo regulā in hac materia: dubiū tñ faciebat, qa edictū de testib⁹ ē prohibitoriū certarū psonarū. l. j. ff. de testi. ideo q cūq; nō phibebātur, videbātur admitti. R. ñ. tñ Imp. putin tex. rōnes aūt videbunť sigillatim in glo. Not, q̃ ille pôt esse testis in testō, qui pôt heres institui. Item, q̃ mulier non pôt esse testis in testō propter sexus fragilitatē. Item impubes pter imbecillitatē ætatis: seruus, quia testm̃ est iuris ciuilis, de quo iure ipse pro nihilo habetur: furiosus, quia non est mētis cōpos: mutus, qu a non potest exprimeremēte conceptum, surdus, quia non pôt audire nomen hŕdis: is, cui bonis ē interdictū, qa sitis ē furioso. Itē ifamis, ex l. phibiōe.]

¶ Vnico etiam annulo, & alieno; pôt ab omnibus testib⁹ testamentum signare, h. d.

¶ Possunt † autem, oēs testes & vno annulo [b] signare testamentū. [c] † Quid enim si septem annuli vna sculptura fuerint, secundum quod Papiniano visum [d] est? Sed & alieno quoque an-

† Cōcor. cū hoc §. cap. post cessionē in glo. j. post pric. ibi, etalie no annulo. extra de prob. † Alias gd enim [b] septem anuli vna sculptura fuerit? scdm quod (vt Papin. visum est: & aliquo quoque &c.

SYL.

SYL.

a ¶ Testamẽti factio. Passiue accipe hic: vt bona sit exceptio, i; neq; mulier &c.

SYL. ¶ Adde secundũ Io Fab. & bene, ꝙ hic Impe. non procedit excipiendo, sed addendo per illa verba, sed neq;.]

¶ Aliàs etiã accipitur actiue.vt j.de hæred. qual. & diffe. §. testamenti.

intervalla, vt ff. eod.qui testamento.§. nec furiosus.

SYL. ¶ Adde,& ꝙ tempore actus gesti & examinationis facta non esset in furore. aliàs secus.l.j.& ibi no.C.eod.]

nulo licet signare testamentum

¶ In testõ põt esse testis qlibet, q põt hæres institui, excepis hic enumeratis. Ang.

¶ Testes aũt adhiberi possunt ij,cũ quibus testamenti[a] factio ẽ. Sed neque mulier,[b] neq; impubes,[c] neq; seruus, neq;[d] furiosus, neque[e] mutus, neque surdus, neq; is, cui bonis interdictum[f] ẽ: neq; ij, quos leges iubent ĩprobos intestabilesq;[g] esse: possunt in numerũ testium adhiberi,

¶ Seruus cõi opinione reputatus liber potest in testõ esse testis. Are.

¶ Sed cum aliquis ex testib' testamẽti

Mulier vbiq; testificari põt ꝓter quam in testis.

b ¶ Neq; mulier.In alijs ãt casibus omnibus recipitur: preterꝗ in testamentis, vt ff eod.qui testamento. §. mulier.

SYL. ¶ Adde hoc verũ, nisi sit, testiũ inter liberos. vel militis, glo. in auth.quod sine C.eo. Item in testamento ad pias causas, vt est cõmunis opin. in l.j C de sacrosan.eccl.]

¶ Ratio est, vt C de fideicom.l. fi.& est timor falsitatis

SYL. ¶ Adde hoc esse propter fragilitatem sexus,ſm glo.in d.§.mulier.

Hermaphroditus in testõ potest eẽ testis.

¶ Quid de hermaphrodito? R fiẽ,si prævalet in masculino sexu, recipitur,vt ff. de statu homi quæritur.& de testi.l.repetundarum. §. j.

Testificamur d iis quæ vidimus in puerítia.

c ¶ Neq; impubes. Quid de eo quod vidit in pupillari ætate? Respon. aliàs.i. preter quam in testamento,posset † testificari: sicut & seruus, vt ff. de verbo. sig. l. notionem. §. instrumentorum,& C.de hæred & manich. quoniam, in fi. sed hic non, quia faciunt ad substan tiã testamenti, vt hic dicitur.

† Quod ẽ verum d eo qd vidit proximus pubertati, secus si proximus infantiæ. Ioã. Fab. & Ang.

SYL. ¶ Adde hoc verum, si proximus est pubertati, aliàs secus, ſm doct. hic, argu.l. excipiunt.ff. ad silla.* de quo vide Dec, in l.ij §. impuberes. ff. de re iu.]

** Adde ad id, quod dr̃ in tex de seruo; quod ait Geta apud Teren. in Phorm. seruũ hominem orare leges nõ sinunt, nec testimonij dictio est.

d ¶ Neq; furiosus. Nisi habeat dilucida

e ¶ Neq; mutus.Qui nihil loqui. vel audire põt, vt j. quib. non est permis. fa.te. §. itẽ surdus.

ADDITIO

Etiam si talẽ morbum habeat a casu, & sit literatus: quamuis tũc possit testari ſm Ioan.Fab. hic,

f ¶ Interdictũ est. Vel à lege, vt quia cõmisit in legem Iuliam maiestatis,vt C.ad l.Iul.maiest.l.fin. Vel a iudice,vt ff.eod. is cui.in fin j. respon.

g ¶ Intestabilesq;. Vt de crimine famoso damnatus, vel muliebria passus.vt ff. eo. is cui §. ba.& l.cum lege, & ff.de testib ob carmen in princ.

SYL. ¶ Adde hoc verum, quando notorie erat infamis, alias secus.ſm glo.in l.cum lege in fi ff.eod.]

SYL. * ¶ Adde, ꝙ intestabilis dicitur,qui nec testis adhiberi, nec testamentum facere,nec ex testõ aliquid consequi potest, cuiq; alius testimonium dicere prohibetur.d.l.is cui;& l.cum lege ff.eod.]

¶ Sed cum aliquis. Casus. Quærebatur, an seruus cõmuniter pro libero habitus, posset adhiberi in testem, & dubiũ faciebat,quia seruus prohibetur esse testis,vt s. dicitur proximo §. & ipsa veritas opinioni prævalere solet. §, siquis rẽ suam.j.de lega cuius contrarium rñdetur, quia cum tunc cõiter liber reputaretur ab omnibus,nec aliquis eidem status q.mouisset, sed esset in quasi possessione libertatis, non est quod imputetur ipsi testatori. No ergo, ꝙ non sufficit probare ad inualidandũ testamentum,ꝙ

tum, q; aliquis ex testibus esset seruus, sed necesse est dicere, q; ita communiter re putabatur: ita Bar. in l. ad testiu. §. côditionê ff. de testa. quamuis côtrariu magis côiter teneant ibi doct. Itê, q; debet repu tari liber oium côsensu: intellige eu cognoscêtiu, nô alio rum: facit gl. I ver. subtilitatê in l. j. C. de sent. quæ pro eo quod inter Item, q; debet probari communis opin. hominum têpore signati testamêti; nô aliter. Item, q; côis opin. quandoq; prævalet veritati. Itê, q; communis error facit ius.]

quidem faciendi têpore liber[a] existimabatur, postea autê seruus apparuit: tâ diuus Adrianus † Catonio Vero, q̃ postea diui Seuer. & Antoninus rescripserunt, subuenire se ex sua liberalitate testô, vt sic † habeatur firmum[h], ac si, vt oportebat, factum esset: cum eo tempore, quo testamentum signaretur, [b] omnium consensu, [c] hic testis li

† Resc. pti hoc Adriani extat l. j. C. eod.

a Libertate s. putatiua.

S Y L. Adde, q; glo. rectius hoc loco ponitur, & ita habetur in vetustis codicibus. nâ inepte super ver. liberalitate, quasi Accur. fuerit tâ hebetis iudicij, vt ibi legêdu censuerit libertate, nô enim illic legi debet, libertate, sed liberalitate: quia hoc intendit imp. q; licet de rigore testamentu, in quo seruus esse testis adhibitus, non subsisteret tn̄ hi principes rescripserunt se ex benignitate subuenire testamento pp communem errorem.]

Opinio præfertur veritati. Et sic valet plus quod est in opinione q̃ qd est in veritate. sic. ff. de leg j. l. iiij. i pri. Argu. côtra. ĩ. de leg. §. si qs i rê sua.

S Y L. Adde, q; sol. est, quia ibi opinio erat vnius tantu, quo casu plus operatur veritas: hic verò oium sic êt pferr côis error veritati, qñ reip. Interest, prout i casu tex. nostri pp conseruationem testamêti. l. vel negare. ff. quemad testa. aper. & propter validitatê actus, vel euitationê dâni, l. iij. ad macedo. aliàs n. magis attenditur veritas. l. fi. ff. de hæred. instit.

ADDITIO. Dic, q; aut veritas patens est: & attenditur: aut occulta, & tunc non. vel dic, q; aut attendendo opinionem fauor ampliatur: & attenditur, vt hic, & ibi: aut non, & tunc non. dic vt ibi. Ioan. Fab.

b Signaretur. Quidam hoc intelligût generaliter verum, vt siue ostendatur testamentum in scriptis conditum, siue nuncupatiuum, debeat ei credi: siue desierint testes esse, siue non: & sic se habet consuetudo, vt arg. C. de edi. di. adri. tollen. l. fi. & C. de dona. l. in donationibus. & arbitri. tute. l. fin. Nos contra. s. in nuncupatiuo de iure: & quod hic dicitur, in testamento condito in scriptis loquitur.

† Alias habe. retur.

† Alias liberorum loco fuerit.

Adde hoc verum in testamêto in scriptis redacto per publicum tabellionem: alias enim quamuis esset in scriptis, oîno deberêt recognosci signa. ita hanc. glo. intelligit Bar. in l. j. C eod.]

In nuncupatiuo enim si proferatur, non debet ei credi sine testibus: cum in eis consistat tantum substantia testamenti.

S Y L. Adde, q; glo. communiter reprobatur in l. hæredes palam. in prin. ff. eod.]

Ipsum tamen valet, licet probatio deficiat. (i) vt ff. de test. tut. l. duo Quid si seruus factus est, vel infamis, & velit recognoscere sigillum suum? Rñ. nô admittitur, vt ff de Carb. edi. l. Carbonianum §. duæ autem sunt causæ.

S Y L. Adde, q; hæc glo. cômuniter reprehêditur: quia quando testis adhibetur ad solennitatem, conditio eius inspicitur tempore quo adhibetur, secundu doct. in l. j. C. eodem.]

ADDITIO. (i) Nisi de eo sit facta publica scriptura. vel pars confiteatur testamentum sic fuisse factum: aut testes deponant ante, quàm ipsorum defectus appareant: quia tunc scriptura probabit absque eo, quòd testes producantur. Angelus.

Error cômunis facit ius. c Omnium consensu. Not. errorem prodesse, vt ff. de sup. le l. iij. in fin. & C. de lat. lib. tol. l. j. §. sed & si quis. & ff. de offi præto. Barbarius.

S Y L. Pater. Casus. Querebat, an in eodem testa

beri loco fuerit, neque quisquam esset, q ei quęstioně status mouisset †

¶ Potest in vno & eodem testamento esse testis pater cũ filijs & fratrib⁹, dũmodo sit alienum: secus autem si proprium, vel domesticum. Arc.

¶ Pater, † nec non is, qui in pŕãte eius est: itẽ duo fratres, qui in eiusdẽ pŕis potestate sunt, vtrq; testes in vno testõ fieri possunt: quia nihil nocet, ex vna domo plures testes alieno [a] negocio adhiberi.

¶ In testibus autẽ non debet esse is, qui in potestate testatoris est. † Sed si filiusfamilias de castrensi peculio post missionem [b] faciat testamentum, nec pater eius recte adhibetur testis, nec is, qui in potestate eiusdem patris est. reprobatũ est enim in ea [c] re domesticũ testimonium.

testamento pater & filius, vel duo fratres, adhiberi possent testes. dubium faciebat, quia suspectum videbatur testimonium plurium, & aliqualiter periculosum, quod euitant. ll. in testamenti confectione, l. fin. C. eodẽ. quo non obstante deciditur contrarium: & assignat text. rationem, quæ est eadem cũ dicto: vnde potes dicere rationem esse: quia cum nihil eorum intersit, & testamentum sit extranei, non est in consideratione talis suspicio, cum vocentur a testatore, quamuis enim inter se sint domestici, non sunt domestici testatoris, vel hæredis Not. summarium. Item, ꝙ ex vna domo plures vni negocio recte adhibent' in testes. Item, ꝙ ratio eadem cum dicto tolerat'. Item, quòd filius non est idoneus testis in testamento patris, nec pater in testõ filij testantis extra castra, nec frater in testõ fratris. Itẽ, ꝙ domestici testimonium reprobatur in testamentis.]

a ¶ Alieno aliud si in suo, vt.j.pro.xi. §. & ff. de testibus. testis.

b ¶ Post missioně i. remissioně: aliud si ante, vt ff. e. qui testõ. §. per contrarium.

ADDITIO. Et est rõ sm gl. ibi, quia tunc testes nec rogati, neq; ad solennizãdũ actũ exiguntur: quãuis duo requirantur ad probandum veritatem. Ang.

c ¶ In ea re. idem & in alijs, † vt C. de testib. l. ij. (i) Sed quis est domesticus? R ñ. colonus, & ascriptitius, vel similes, vt C. de ijs q ad eccl. cõfu. l. fi. §. sane enim si seruus, & C. de qõ. l. pridẽ. Itẽ vxor mari-

to, & econtra, vt supra de vsu & hãbitã. itẽ is. l. itẽ † seruientes, siue dapiferi. vt ff. de pœnis. l. respiciendum. §. furta.

¶ Adde meliorem gl. in c. in literis. de testi. (vbi doc. maxime mod. tractant, an, & qñ domesticus possit pro domestico testificari) & in summa. iij. q. v. ꝙ illi dicuntur domestici, quibus ratione pŕiæ, vel dominicæ potestatis imperari potest: & oẽs, q in domo habitant. Adde, ꝙ de cõsuetudine colonus admittitur pro dño, sed minor fides ei adhibetur, Nell. in tracta. de testi. ver. Domestici. quod sumpsit a Spe. tit. de teste. §. j. col. iij.

ADDITIO (i) Tu dic, ꝙ filius qñ nihil sibi quærit, põt pro patre testificari, secundum Io. Fab. idem econtra in eo negocio, ex quo nec patri, nec filio resultat commodum, vel interesse: & quid de matre, & fratribus, vide Ang. hic.

* ¶ Domesticum testimonium. hic accipiendum esse non tam ex sanguinis coniunctione, q̃ ex ea vnione, quæ per potestatem coniungit, docet hic Theophilus his verbis. τὴν δὲ οἰκειακὴν μαρτυρίαν οὐκ ἐκ τῆς συγγενείας, ἀλλὰ ἐκ τῆς ἑνώσεως τῆς ὑπεξουσιότητος λαμβάνομεν. Vnde colligitur filium emancipatum testem adhiberi posse testamento patris, & versa vice patrem, filij emancipati testamento. nam & magis agitur de hæredis, q̃ ipsius testatoris cã.]

¶ Sed neque. Casus non figuratur, quia ponitur iuris antiqui correctio ex rõne assignata

† als mouerět.

† Hic. §. sumpsius ẽ ad verbũ ex l. pater. ff. d testi.

† Sic M. T. ti. iiij. Rhero. Domesticus quis dicatur.

† Intellige illud verum, si sint serui tores cõmẽsales, vt quia viuãt expẽsis domini, als cõtra, nisi habuissent licẽtiam sine spe reuertẽdi, tps .n. pductionis & depositionis inspicitur secũdũ Io. tab. hic.

† Alias ed & si

SYL.

SYL.

assignata per Impe. quia cum totum negocium agatur hodie inter hæredes & testatores, domesticū testimonium repellitur. No. q hæres non potest esse testis in testamento: & sic, q quis in causa propria testificari prohibetur: & eadem ratione nec pater: quia cum ei acquiratur, agitur de eius commodo: & eadem ratione frater, qa cum talia bona patri quærātur, p consequens quærunrur postea etiam filio. Item not. q ll. correctæ non fuit scribendæ in libro ll. Item, q principale negocium testandi agitur inter hæredē & testantem.]

¶ Hæres, filius, pater, aut frater hæredis prohibentur esse testes in testamēto, sublata iuris antiqui dispōne. h. d.

¶ Sed neq; hæres scriptus: neque is,[a] qui in potestate ei' est: neque pater ei', qui in potestate eū habet: neque fratres, qui ī eiusdem patris ptāte sunt, testes adhiberi [b] possunt: qa hoc totum negociū, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie interte statorem & hædem agi.[c] Licet† autem totum ius tale conturbatū [d] fuerat, & veteres quidem familię [e] emptorē, & eos, qui per ptātem ei coniūcti fuerant, a testamentarijs testimonijs repellebant: hæredi' autē, & ijs, q p potestatē ei coniuncti fuerāt concedebant testimonia in testamentis præstare, licet ij, qui id permittebāt, hoc iure minime abuti [f] eos dēre suadebant: nos tamen eandem obseruationem corrigētes, & quod ab illis suasum est, in legis ne

a ¶ Neque is. † Als n. no. q his tribus modis dicitur quis non tingere me per potestatem.

b ¶ Adhiberi. Quia eorum negocium est; cum & lucrum & damnum ad eos pertineat. ff. quando appel. sit. l. j. §. in propria. (t) & vere eorum, quia &c.

¶ Adde q militat etiam ratio præsumptæ affectionis. quæ non cessat cessante commodo patris. & ideo in ijs, in quib. hodie nihil quæritur patri, omnino repelleretur, vt per Are. hic.]

SYL. ADDITIO. (t) Monachi tamen in monasterio possunt esse testes. cap. insuper. extra de testibus. Idem in hominibus vniuersitatis pro ipsa vniuersitate, vel castro, in negocijs, ex quibus non resultat commodum in particulari, sed in communi Angel.'

c ¶ Agi. Caute ponit, agi, cum sit generalissimum, vt ff. de verbo. signif. l. Labeo. ij. in princ. & l. verba. habet enim se ad ius testandi, & contractus.

d ¶ Conturbatum. Nam olim hæres duobus primis generibus testamentorū poterat esse testis: in tertio vero, ille, qui erat loco hæredis, non poterat esse testis: & sic erat turbatio iurium: & ad eius similitudinem verus hæres hodie testis non erit, vt sequitur.

e ¶ Familiæ emptorem. dicitur ille, qui constituebat hæres per æs & libram.

f ¶ Hæredi. q erat ex primis duobus generibus testamentorum.

g ¶ Abuti. sic. C. de caduc. tollen. l. j. §. j. & ff. si fa. fur. fe. di. l. fin. & s. quib. ex causis ma. non li. § j. Accur.

SYL. ¶ Legatarijs. Casus Dubitatum fuit: an legatarij, & fideicommissarij, recte adhiberentur testes in testamento. & ratio erat in promptu, q non, propter eorum cōmodum: quia inualidato testamento corrumpuntur legata. l j. § j. ff. de leg. iij. quo non obstante deciditur contrarium, ex eo, quia commodum eorum est in consequentiam, non principaliter, cum totum negocium cum hærede agi credatur. s. proxi. §. Not. q valet legatum factum testi adhibito in testamento: & q legatarius est idoneus testis, quamuis de eius commodo agatur. Item & fideicommissarius particularis: secus vniuersalis, quia est loco hæredis.

cessitatem trāsferētes, ad imitationē pristini familiæ emptoris, meritò nec hæredi, q imaginē vetustissimi familiæ emptoris obtinet, neq; alijs psonis, q ei (vt dictum est) cōiunctæ sunt, licentiam concedimus, sibi quodammō testimōia pstare: ideoq; nec eiusmodi ueteres cōstōnes nro Codici inseri permisimus.

¶ Legatarij; & fideicōmissarij, & coniuncti, testes adhiberi pñt. h.d.

¶ Legatariis [a] autem, & fideicōmissariis, quia non iuris [b] successores sūt, & aliis personis eis coniunctis, testimonium † nō denegamus: imo in quadā nostra cōstitutiōe [c] & hoc specialiter eis concessimus. Et multo magis iis, qui in eorum potestate sunt, uel qui eos habent in potestate, [d] huiusmodi licentiam damus. [e]

a ¶ Legatariis. Discrepant hi iure veteri a fideicom. vt j. de fideicō. hære. §. prætere. sed hodie non: vt j. de leg. §. sed non usq; † quidam. §. hunc intelligunt quādo legatum fuit repetitum a succedētibus ab intestato, ut tūc non uideatur ferre testimoniū in testamēto iure, qa iuris successor est, qui in quota parte hæres institutus est.

b ¶ Nō iuris. sed rei. & sine onere, vt ff. mand. si hæreditatem. ¶ Adde, q dēt intelligi iuris scilicet vniuersalis, quia legatarius ē successor iuris. l. id tempus. ff. de vsucap.]

ADDITIO. Et p hoc patet secus esse in fideicōmissario vñi, quia habetur loco hæredis. §. restituta. j. de fideicō. hær. Io. Fab.

c ¶ Constitutionē Græcā: vel dic de illā, quæ est ff eodem. l. qui testamento. in princip. quæ est Iustiniani per approbationem, ut C. de vete. iure enucle. l. j. §. sed neque. uersicul. omnia enim. prima uerior.

d ¶ In potestatē. Item tabellioni, ut ff. eod. l. Domitius. ¶ Declara hanc glo. ut per Ioan. de Pla. hic.]

e ¶ Damus. C. de testibus. l. omnibus. cōtrā. Solut. hic agitur de vitibus testamenti inter hęredē. & alium agentē cōtra testamentū: aliàs cōiunctus cōiūcto nō feret testimoniū, & minus unus legatarius alij. Et ēm hoc falso hic sumitur argumentum, q socius in causa socij admittitur in testimoniū. Vel dic hoc speciale, † vt coniunctus pro coniuncto admittatur quasi in re sua, fauore testamenti & ultimæ voluntatis, quæ debet dominari, si legitima est, ut C. de lega. cum quęstio. in fi. & erit bonū argumentū supra dictum. Sed argumentū cōtra est. C. de testibus. quoniam. in fi. Sed respōdeo: finis illius legis nō refertur ad totum, quod erat dictum. Distingue tñ, an lucrū redeat ad eū socium, vt tūc nō admittatur, als sic, vt ff. quādo appel sic. l. j. §. in propria. ¶ Adde, q cōmunis solut. est, quia non interrogat directò super legato, sed in cōsequētiā, secundum gl. in d. l. omnibus. quæ communiter approbatur.] Adde Lāfran. de Oria. in c. quoniam cōtra uer. testiū nu. xxviij. extra de pb. & Soc. in l. si qs ita. ff. de reb. dub. & Io Dilēc. de arte testam. tit. ff. de testa caut. ix.

¶ Nihil. Casus. Quæsitū est, an in qualibet materia testamentū scribi possit: & videbatur q non, sed q deberet scribi in chartis, uel mēbranis, tanq quod cōmune sit, ex insolitis enim fraus præsumitur, de qua valde timetur in testamēto: cuius cōtrarium deciditur, ex eo, quia in testamētis ipsis volūtas quomodocunque cum debitis solēnitatibus expressa est satis. Item fuit dubitatum, an plura exempla fieri possent testamētorum: & videbatur dicendum q nō, propter ambiguitatē: & quia vnicum faciēdum est testamentum, non plura. cuius contrarium deciditur: quia cum sit quid intellectuale testamentum, & si fiant mille exempla, semper vnum est. Not. testamentum in qualibet materia scribi

† Hoc qd sequitur usque ad finem gl. non reperitur in vetustis codicibus.

SYL.

SYL.

† Illam approbat Bar. in l. qui testō. ff eod. & idem hic Ange. & Placen.

† Sic etiā clerici fit ferre testimoniū in causa suæ ecclesiæ ut in c. cū nuntius extra de testi. ubi vide gl. unicā de illa materia.

SYL.

SYL.

scribi posse Item, q; de vno eodemq; testamento plures scripturae confici possunt: quia semper intellectualiter erit vnum testamentum Item, quòd pluralitas scripturarum non facit praesumi pluralitatem factorũ. Item, quod quandoque est necessariũ confici plures scripturas. Item, quòd in multis est periculum homini. Item, quòd innumerabile dicitur, quod difficile numeratur.]

a In chartis. sic. §. de rerum di. §. literae. † Accursi.

ADDITIO Et dic in chartis etiam rasis: secus tamen in alijs instrumentis.

† Adde l. §. in prin. & l charta. ff. de bon. pos. secũ. tab.

b Et vnum. sic. ff. eod. l. vnum.

c Quod scilicet vt pluribus fiat codicibus.

Testamentũ potest ĩ qualibet materia scribi, & ĩ pluribus codicibus.

Areti.

Nihil autem ĩterest, testm̃ ĩ tabulis an ĩ chartis,[a] membranisue, vel in alia materia fiat.

Sed & vnum[b] testamentum pluribus codicibus conficere quis potest, secũdum obtinẽtem tamen obseruationem omnibus factis: quod[c] interdũ etiam necessarium est: veluti si qs nauigaturus & secũ ferre, & domi relinquere iudiciorum suorum cõtestationẽ velit: vel ,ppter alias innumerabiles causas, quae humanis necessitatib' imminent.[d]

Iure testatur ẽt quis sine scriptis, declarata volũtate corã septẽ testibus. hoc dicit.

Sed † haec quidẽ de testamentis, quę † in scriptis conficiuntur, sufficiunt. Si quis autem sine scriptis voluerit ordinare iure ciuili testamentum: septem testibus[e] adhibitis, [f] & sua vo-

d Imminet. Sic in auth. de consang. & vte. fra. §. quia vero. coll. vj. †Sed nunqd ex his exemplis probatur? Resp. non, sine authẽtico, vt in auth. vt spõ. lar. §. & hoc insuper. coll. ix. & ff. de fide instr. l. quicũque. & ff. de bo. pos. sm tab. l. j. §. sed & si vnum: sed hic ambo sunt principalia.

† Adde pul crũ tex. i l. vlt. C. de praesc. xxx. ann.

SYL. Adde, q; haec opin. communiter tenetur, non enim ita disposuit hic testator, vt in l. j. §. si quis in duobus. ff. de bon. possess. secun. tab.

SYL. Sed haec quidem. Casus non figurat, quia datur regula, & modus condendi testamentum nuncupatiuũ. Not. duplicẽ speciem testamentorum, in scriptis, & nuncupatiuum. Item, q; in eo requiruntur septem testes. Item, q; debent esse in praesentia testatoris. Item, q; testamentũ nuncupatiuum totum est de iure ciuili nec participat cum iure praetorio.]

e Sed haec. Septem testibus. quandoque nullus vocatur: vt si miles moriatur i bello, vt no. C. de mil. test. l. milites. quãdoque vnus: vt Imperator, vt C. eod. omnium. quandoque duo: (i) vt inter filios, vt C. eo. hac consultissima. §. ex imperfecto. Vel si in tẽtorio faciat testamentum miles, vt ff. de militi. testa. Lucius. quãdoq; tres, vel quatuor, vel pauciores, vt C. eo. si non speciali quandoque quinque: vt in testamento rustici, † vt C. eo. l fin. §. fin autem. quandoq; septem, vt generaliter, vt hic, & C. eod. hac consultissima. quandoque octo, vt C. qui test. fac. possunt. hac consultissima. Adde, q; & in testamentis ad pias causas sufficiunt duo, secundum communem opi. vt inquit Iul. Clar. de testa. q. vj & tempore pestis quinq; vt p eundẽ. q. lvj.

Testium numerus qui in testamentis est adhibendus.

† Duplicẽ testandi modũ indicat idẽ Iustin. in auth. de hered. & Falcid. §. penul.

† Alias deest in.

† Cõiter approbetur, vt p Alex. & Iaf. in d. l fi.

ADDITIO. (i) Etiã si sint mulieres & q alias non essent idonei, vt ibi no p Ang.

f Adhibitis. idest rogatis vt intersint, & sint attenti, vt ff. eo haeredes. §. pen. & in auth. de testi. §. & licet. in fi §. coll. vij. Testes debent rogari.

Adde, q; ita communiter tenetur in l. hac consultissima. C. eod. q; in testamẽto nuncupatiuo requiratur rogatus testiũ, quamuis aliqui contrarium senserint.] SYL.

ADDITIO. Et sic debet articulari & probari.

Coram

¶ a ¶ Coram.i.palam nominando hæredes,vt ff. eod l.hæredes.
† ¶ Adde,q. si præsens sit is,quem hæredem esse volumus, satis erit eum demõstrare,& dicere, Hic mihi hæres esto.l. nemo. ff. de hære.insti. & facit l.certi. ff.si cert.pet.] b Nuncupata. inde dicit nuncupatiuũ testamẽtum. * ¶ Alciatus lib. ij. Parer. c.xxx.ij. hanc vocem a nũcupandis testibus deriuat,sed(vt opinor) rectius Accursius a nuncupãda,id est viua voce notificanda voluntate.]

luntate coram [a] eis nuncupata, [b] sciat hoc perfectissimũ testamentum iure ciuili,firmumq; cõstitutum.

¶ De militari testamento.

¶ Voluntas militis in expeditione existentis, quoquo mõ declarata, vim obtinet testamenti hoc dicit.



Vpradicta diligens obseruatione ... mili.l.pen. Secundo quòd in numero aliorum ponatur, & in matricula,scribatur.ff.de testa. mil.l.ex.eo tempore. Tertio,q. præstetur sacramẽtum, quòd mortem nõ euitabit pro republica, nec que a signis recedet. ff. ex quib.cau.ma, l.penul.& de iis qui no. in fa.l.ij. §. miles.Quarto,q. stigma. i. nota publica brachiis suis inscribat. C. de fabri.l.iij,lib. xij.Quinto,q. examinetur.C. qui milita. non poss.l.j, lib. xij. sexto q. non sit negociator.C. neg.nemi.l.j lib.xij.† († Adde l. milites. C.de loc. & cõdu.)

SYL. Cõtinuatio

¶ De militari testamento.

¶ Visum est s.de testamentis in genere,nunc sequitur videre de testamentis in specie.Vel aliter: Visum est supra de testamentis,quæ fiunt secundum communis iuris dispositionem, nunc sequitur videre de illis, quæ fiunt iure priuilegiato, vt est testamentum militare, ideo. SYL.

¶ Adde q. continuatio fit hic per Imperatorem in princ dicendo,quòd a supra dicta regula excipitur testamentum militum,propter eorum imperitiam; & ideo dicto de his in genere, subijciuntur exceptiones,& de testamento in specie,arg.l. item apud §. hoc edictum. ff. de iniu.] Est autem miles, qui iurauit a signis non recedere,vt ff. ex quib cau. ma,l.pen & scriptus est in matricula, vbi & alij milites scripti sunt,vt ff.eod. l.antepenul. & per totum titul. sunt & alia necessaria, vt aliquis sit miles, vt diximus.ff quib.cau. ma.l.penult.& in auth.de mand prin. §. fin coll. iij. Item miles dicitur a malo,quod sustinet pro aliis;vel a mille, quia ex numero mille hominum eligitur, vt ff.eod l.j.§.miles.Accursius. (Miles vñ dicitur.)

ADDITIO. Aduertendum est,quod in milite sex sunt necessaria ad hoc, q. habeat priuilegia militibus concessa, Primo,quod ente cingatur. ff. de testa. (Miles cognoscit p sex signa)



Vpradicta. ¶ Totus iste titulus diui.princ. in duas partes Primo ponit de militibus testantibus in tenrorio,vt in peculio castrẽ, Secundo de testamento in quasi castren. ff. secunda ibi Sciendnm. Item prima subdiuiditur. Nam primò ponit continuationem per modum remotionis siue exceptionis cum positione noui statuti.Secundo, qualiter priuilegium cõcessum militibus, quòd possunt testari, quomodo volunt, intelligatur. Tertio, quòd etiam miles mutus, & generaliter defectiu9, potest testari. Quarto,qualiter post missionem testatur.Quinto,q. mutatio status ipsius militis, dummodo interueniat noua voluntas, non vitiat testm̃ factũ. Secũda ibi,Plane. Tertia ibi,Quinimmo.Quarta ibi. Sed hactenus. Quinta ibi, Sed & siquis. Aret. (Diuisio.)

¶ Supradicta, Casus. aliter non esset figurandus,cum procedat Imperator tradendo doctrinam excipiendoq; a regula dubium enim faciebat generalis dispositio supra facta: ratio autem decisionis ponitur in tex. propter imperitiã militum. quos scire magis decet arma quàm,ll.l.fin.C.de iur.delib. No.quòd voluntas militis in expeditione quoquo modo declarata, habet vim testamenti.Item,q. miles præsumitur ignorare

rare iura, & sic q in milite iuris ignorantia toleratur. Item, q in testamento militis numerus testium, neque alia solennitas requiritur.]

& l. in testamento. C. de testa. mil. quod intelligēdum si modo actus valeat. alias enim præsumemus potius priuilegio vsum fuisse l. iij. ff. de mil. test. SYL.

tio[a] in ordinādis testamentis, militibus, propter nimiā imperitiam[b] eorū, constitutionib principalibus † remissa est. Nam quamuis ij neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solennitatem[c] obseruauerint, recte nihilominus testantur. videlicet cum in expeditionibus occupati sunt: quod merito nostra constitutio introduxit,[d] Quoquo enim modo voluntas eius suprema inueniatur siue scripta: siue † sine scriptura, valet testamentum ex voluntate eius.

† Horum constitutionū diserte meminit Vlpia. l. j. ff. eo t.

† Al. siue non scripta.

¶ Miles testando extra expeditionē debet testari secūdum ius cōe, & licet filius familias sit, testari tamen potest Are.

¶ Illis autem[e] temporibus, per quę citra expeditionū necessitatē in alijs locis, vel suis † ædibus degunt minime ad vendicandum tale priuilegium adiuuantur.[f]

† Al. sedibus, & ita legisse vr̄ Theophilus significatur ā hyberna.

a ¶ Obseruatio, quæ consistit in quatuor, vbi est in scriptis testamentū conditum. vel in sola nuncupatione hæredis coram septem testibus, vt. s. tit. j. §. sed cū paulatim & §. fin. & ff. de hæred. instit. l. j. §. qui neque.

b ¶ Imperitiā. C. de iur. delib. l. fi. ī prin. & de iu. & fac. ign. l. j.

* ¶ Adde, & propter militiæ occupationes, vt colligitur hoc eodem loco paulo infra, ibi. videlicet cum in expeditionibus occupati sunt: & §. seq. alioquin minoribus quoque, & mulieribus, & rusticis, in quibus tolerabilis est iuris ignorantia hæc tam diligens in testando solennitas remittenda fuisset, quod factum non fuisse eredendū est, quia saltem peritiores consulere possunt; quod non licet militibus in expeditionibus occupatis.]

c ¶ Solennitatem. s. circa sigilla, & subscriptiones.

d ¶ Introduxit. sed tunc demū cum in militia sunt, habet priuilegium, vt. C. eo. l. pen. & hic subijcit.

* ¶ Diuersimode tamen. nam plenius habent priuilegium, cum sunt in cōflictu, quā in castris non congredientes, vt per gl. j. ī eo. §. plane.

** Adde, q in dubio interpretamur militem iure communi vti voluisse l. iij.

¶ Illis autem. Casus. Quærebatur, an miles extra expeditionem testari posset iure militari sine solennitatibus & videbatur dicendum & sic: ratio. n imperitiæ assignata militat in expeditione. sicut extra. Cuius contrariū deciditur ex eo, quia tunc possunt consulere peritiores, & ita excludere ignorantiam. & ea quæ ratione occupationis militiæ conceduntur, cessant, vt dicitur in gl. Sed tūc quæritur, an filiusfam. miles testari possit: & videbatur, quod nō, per l. pen. & fin. C. qui testa. fac. poss. cuius contrarium deciditur. ratio autem assignatur in text. propter militiā: quia hoc militiæ tributum est, vt in castrensibus filij pro patribus fam. habeantur. Not. q cessante causa priuilegij cessat priuilegium, Item, q miles extra expeditionem debet testari iure communi. Item. q filiusfam. miles testari potest, dummodo testetur iure communi. Itē, q illi, qui non sunt milites appellantur pagani.

e ¶ Autem pro sed.

f ¶ Adiuuatur. Et nota, q cessante causa cessat & effectus.

¶ Adde, q causa expressa supra, propter nimiam eorum imperitiam, cessare non videbatur etiam extra expeditionē. Ide⁊ SYL.

dic, quod illa est causa remissionis in genere: sed causa constitutionis Iustinia. de qua meminit ibi, quod merito. est occupatio circa rem mili.] Et potest hic sumi argum. quod cessante clerico ab ecclesia, † cessat præbenda, sic C. de Episc. & cle. ri. l. generaliter. ij.

¶ Scilicet contumaciter, vt quia circa a suspiciore mi nims to

¶ Adde, quòd hæc q. hodie deciditur in c. relatum & in c. inter quatuor. & in c. si de cleri. non resi] Sed arg. contra ff. de postu l j. §. sexum. qa Calphurnia dedit causam edicto: vnde cessante causa cessare debet edictum: quod non est verum. Sed hoc vltimum generale de causa impulsiua dicit: dictum primũ de finali, sine qua res esse non potest.

SYL. fra tépus educiés veniat, fm doct. blc.

¶ Sed testari quidem & si[a] filijfamilias[c] sint, propter militiam conceduntur: iure [b] tamen communi, eadem obseruatione & in eorum testamentis adhibenda, quam in testamentis paganorum[c] proxime exposuimus.

¶ Priuilegia militum tunc habét locum, qñ cõstat militẽ testari voluisse, aliter non. h. d.

¶ Plane de testamẽtis militum diuus

SYL.

¶ Adde, quòd in dubio causa si est expressa in l finalis præsumitur, vt dicit gl. in l. cum tale. §. falsam. in ver. cohæret. ff. de condi. & demon. aliàs secus glo. in l. ij. §. h. de don. & illa dicitur causa finalis, quæ est generalis, vt per Bart, in d. §. fin.]

